Hadriani Relandi Analecta rabbinica

Adriaan Reelant, Christoph Cellarius,
Joannes Drusius, David Kimhi, Giulio Bartolocci

HADRIANUS RELANDUS
Enthea Pierio redimiri tempora serto,
Formarique novis dignus imaginibus:
Hac meus impressae RELANDUS imagine chartae
In toto cuiris orbe videndus erit:
Nomen Erythraeis quod Eoa per antra lapillis
Non ingrata notent numina Naiades.
Fr. Hesselius.
B: Bernaerts fc

HADRIANI RELANDI
ANALECTA RABBINICA,

Comprehendentia

Libellos quosdam singulares & alia quae ad lectionem & interpretationem Commentariorum Rabbinicorum faciunt.

IN USUM

COLLEGII RABBINICI.

Singula post Praefationem indicantur.

EDITIO SECUNDA.

TRAJECTI AD RHENUM,

Ex Libraria { JACOBI à POOLSUM, ET JACOBI BROEDELET, } MDCCXXIII.





Nobilissimis & Amplissimis

CONSULIBUS
E T
SENATUI

Reipublicae Ultrajectinae,

ACADEMIAE

CURATORIBUS.

RElgioni duco, Nobilissimi Proceres, primitias operarum mearum in Vestra Academia, Nomini Vestro non

* con-

conſecrare. Vos enim ii eſtis qui haec otia mihi facitis, & quorum benevolentiae debeo; quod ſtudioſam juventutem ſcientia linguarum Orientalium & Sacrarum antiquitatum imbuere poſſim. Veſtrae Academiae utilitas editionem hujus libelli a me flagitavit, & ad alia tendentem animum quaſi in curſu detinuit. Exiguae quidem molis opuſculum vobis offero, ſed ita exiſtimo nihil vobis exiguum videri poſſe quod ad uſum & commodum Academiae veſtrae promovendum unice eſt comparatum. Deus ipſe, cujus imaginem ſingulari quadam ratione Vos exhibetis in terris, perinde acceptos habuit illos, qui ad ornatum Tabernaculi

culi pelles & caprarum pilos, ac eos, qui maximam vim auri & argenti conferrent: nec minus aequis oculis oblatas in sacrificiis aves, quam boves aut agnos respexit. Ad ejus exemplum, non ex mole operis sed utilitate & animo offerentis hoc munusculum aestimabitis. Quod eo tendit ut facilior fiat aditus ad intelligenda scripta Rabbinorum, a quibus plurimi juvenes, dum in stadio Academico decurrunt, nescio qua difficultate, quam sibi imaginantur superari non posse, deterrentur. Illud autem si emensi sint, & provincia iis decernatur Sacrum Codicem pro concione interpretandi, quotidianis ita occupationibus implicantur, ut

nunquam ad haec ſtudia attingant. Qua ratione praeclariſſima haec ſcientia, quae non parum confert ad illuſtrationem ſacrarum paginarum, negligitur, & neglecta, ut fieri ſolet, calumniis proſcinditur ab iis, qui in illa acquirenda nullum laborem poſuerunt. Pro nugis ſaepe & fabulis habentur illa Veterum Hebraeorum arcana, quae certis loquendi modis & figuris involuta longius a genio ſermonis noſtri videntur recedere. Quae cauſa non inter ultimas eſt, quae has literas in contemtum adduxit. Ego mei officii eſſe exiſtimavi quoſdam ex eorum numero, qui meae diſciplinae ſe tradiderant, ad ipſos fontes ſapientiae Rabbinicae manu du-

ducere, ut ex iis hauriant, quod ad emolumentum rei Chriſtianae conferre poſſit. Quo cum collinearent varii labores Virorum Eruditorum, hos libellos typis iterum deſcribi curavi, ut his analectis comprehenderentur. Quicquid illud eſt, Viri Ampliſſimi, benevolo animo accipite, & me nihil intermiſſurum credite, quo diligentia mea Vobis probari, aut cultus & obſervantia teſtatior reddi queat. Trajecti ad Rhenum. Calend. Martiis. CIϽIϽCCII.

ADRIANI RELANDI

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

COgitaveram communicare Tecum, Amice Lector, Epitomen Historiae Judaicae ab Abrahamo ben Dior Hebraico sermone conscriptam & notis meis illustratam, quam fere praelo paraveram. Sed quum commoda juventutis, quae se institutioni meae tradidit, aliam operam postulare viderentur, consilium, quod ceperam, haud difficulter mutavi. Erant ex eorum numero, quorum vota eo tendebant, ut Interpretationes Sacri Codicis ab Eruditis Hebraeorum Scriptoribus in lucem editas, quas vulgo Commentarios Rabbinicos, Judaei פירושים *vocant, legere & in usum suum transferre possent. Ego deesse justissimo illorum desiderio nolui, & mihi gratulabar in ipsis publici muneris mei in hac Academia primordiis occasionem natam esse aliquid bono rei literariae & scientiae Linguarum Orientalium praestandi. Qua de causa calcar, quod ajunt, currentibus subdidi, & ma-*

majorem, quam vulgo creditur, utilitatem percipi posse e scriptis Rabbinorum ad indagandum verum sensum & genuinam sententiam Divinorum Oraculorum cum publice tum privatim saepe sum confessus. Nec deterritos illos fuisse gaudeo quorundam hominum calumniis, qui de studiis Rabbinicis Cassianum illud usurpare solent, Cui Bono? *& scripta Judaeorum nugis fabulisque inumeris contaminata esse & nil bonae frugis continere existimant. Videbant enim ipsi, modo experiri vellent, multum se juvari lectione Commentariorum Rabbinicorum, & nullam esse adeo exiguam partem in Sacro Codice Veteris Instrumenti, quin multam ei lucem affunderent notae Hebraeorum, & inconditos istos sermones ab iis plerumque proferri, qui literas ipsas quibus Rabbini utuntur ne legunt quidem, nedum intelligunt. Equidem inficias non eo multos libros a Judaeis conscriptos esse qui nugas & commenta digna atque indigna relatu continent, & multa cum in Talmude, tum in aliis Hebraeorum scriptis, adversa certissimis testimoniis sacri Codicis & a vero aliena reperiri*

viri. Sed haud aequum puto crimen a paucis admissum in omnes diffundi. Quis nescit ab hominibus nostris quotidie multa cruda in lucem protrudi, quae in aeternis tenebris sepeliri merentur? Ergone nulli libri legendi sunt, quod aliqui sint inutiles? Nemo tam imprudens est, qui hoc affirmare sustineat. Quid? quod ista non omnia nugae sint & fabulae, quae vulgo pro iis habentur. Multi cum ingeniosas parabolas, & historias rerum, hyperbolica loquendi ratione exornatas, in Talmude aliisque vetustissimis Judaeorum scriptis aut legunt ipsi, quod perraro fieri videmus, aut ab aliis narratas audiunt, eo quod stylum & genium populorum Orientalium ignorent, ad eas exclamant.

Gerrae Siculae, atque edepol Lyrae, Lyrae!

Nec pauci sunt, quos isti homines in haeresin suam congregant, quorum auribus loquendi ratio Rabbinica adeo insueta accidit, ut non vereantur Judaeos pro ridiculo hominum genere habere, & quicquid ab iis conscriptum est, uno ore atque animo damnare. Sic homines horum studiorum rudes sibi

sibi blandiuntur, sibique persuadere conantur, male operam in his artibus collocari, & quoniam ipsi illas ignorant, omni contentione animi utilitatem harum literarum deprimunt. Adeo verum est amorem quo se & sua quisque prosequitur (Graeci φιλαυτίαν *dicunt) omnium nostrarum actionum & studiorum fontem esse atque originem. Rident interim in sinu & desidia nostra delectantur Judaei, religionem suam ab impressione & incursu nostrorum hominum ea ratione tutam & intemeratam existimantes, quod corticem plerique lambant, & ad pultem non adtingant, quod mysteria gentis Hebraeae, figuris & aenigmatibus involuta nostri ignorent, & quia maximam partem ea pro nugis habent, confutatione haud digna existiment. Ne quis autem haec a me ita fingi putet, juvat audire R. Judam, Auctorem Libri* חסידים, *qui ita de hac re disserit* תבואתה של תורה אינה נשמרת רק על ידי אותם האגדות התמיהות שעל ידי כן הסתירו בהם את חכמתם שלא מלא כן כבר שלח האיש ידו ולשונו בדברי חכמים ז' ל' להפוך את דבריהם למינים כדרך שעשו בתורה שבכתב ולא היה אם כן נשאר לפנינו שום דבר אשר בו נפליגו אותנו מכל העמים אבל עכשיו על ידי אגדות התמיהות הסדר הקדוש הזה בזוי בעיניהם

מלבד דבריו לדבריהם תיקן כך שאמרו הדברים
שאילו נידונו על פי פשוטם שלא יפגעו בהם הכלבים
Quorum verborum hic ſenſus eſt: Fructus & utilitas, quae ad nos redundant ex cognitione Legis a Moſe ad poſteros ore propagatae, ſervari non potuiſſent, niſi fabulis adeo mirandis, quibus ſapientia Veterum continetur, involuta fuiſſent. Quod niſi feciſſent majores noſtri, jam diu violentas manus in haec ſacra injeciſſent illi, qui eidem nobiſcum religioni non ſunt addicti, & perinde verba Legis non ſcriptae (quae Talmude comprehenditur) pervertiſſent, alienum iis ſenſum tribuendo, atque in Lege Scripta (Sacris nempe V.T. voluminibus) factum ab iis fuit. Qua ratione nihil nobis reliquum fuiſſet, quo diſtingueremur ab aliis gentibus. Hoc autem fabulis iſtis ſtupendis acceptum ferimus, quod iſtis contemtus ſit ſanctus hic Codex Talmudis & ne refutatione quidem dignus credatur. Atque interim manet illud volumen nobis integrum, ne a canibus iſtis laedatur. Haec ille; cui adjungemus teſtimonium magni Maimonidis, qui in Præfatione, quam Miſnae praefixit, ubi diſputaſſet de Explicationibus myſticis

ſticis ſapientum Hebraeorum, ita pergit واذا نظرته علي ظاهر هذ ايت فيه من الاسفار ما للعقل ما لا مزيد عليه وانما لعلو تلك لمعان عجيبة احدها تلقيح اذهان المتعلمين وايضا اعما للجهلة الذين لا تستنير قلوبهم ابدا ولو اعرضت عليهم الحقائق لاعرضوا عنها بحسب نقصان طبايعهم الذين في مثلهم يقولون אין מגלין לכן את הסוד *Quae Latine ſic ſonant. Harum rerum ſi externam faciem, & ſenſum vocum ſimplicem quo tibi offeruntur, ſpectes, videbuntur ab omni ratione alienae & vix ab intellectu percipi poſſe. Factum autem hoc ob cauſas mirabiles a Majoribus noſtris eſt, cum ut ingenium diſcentium acuerent, tum ut tenebras offunderent ſtultis, quorum animi lumine ingenii deſtituti ſunt, quique ob defectum judicii ſui veritatem deſerunt. De his autem & ſimilibus intelligi debet vetus ſententia,* Non revelanda eſſe iis arcana. *Idem atibi ſtultos illos pronunciat, qui narrationes a ſapientibus Hebraeorum traditas* לא

כפשטם

פשוטם (*ad literam ut dicimus*) *intelligunt, & res in iis propositas, quamvis, constet illas fieri non potuisse, pro rebus vere factis habent. Et per Dei vitam sancte jurat, tales gloriam suae religionis obnubilare & Deo contradicere qui Deut. 4. 6. dixit:* Quum aliae gentes audient haec statuta dicent, Certe populus hic sapiens est. *At cum audient gentes fabulas, ait, nostrorum sapientum, ita ut ad verbum sonant & ab hominibus narrantur, dicent, sane populus hic stultus est. Quo tendunt etiam verba R. Abrahami filii Meir, qui notior est nomine Aben Ezrae, scribentis in initio Commentarii sui ad Threnos Jeremiae, quasdam Explicationes allegoricas Veterum sapientum* (מדרשים *appellant Hebraei*) *esse* חידות וסודות ומשלים נשגבים עד שחקים locutiones aenigmaticas, arcanas, & parabolas sublimes ad nubes usque. *Ex quibus videri potest errare eos omnes, qui se credunt Rabbinos egregie confutasse quum exceptas hinc inde, ex Gemara, Zohar, Pirke R. Eliezeris, Tanchuma, Midraschim aliisque libris vetustissimis Judaeorum Historiolas, sola Grammatica verborum expli-*

plicatione vestitas Christiano orbi tradunt & illarum auctores ludibrio exponunt. Pleni sunt illi libri mysteriorum, aenigmatum & parabolarum, quorum significatio non adeo in clara luce est collocata. Et hunc morem docendi & scribendi antiquissimum fuisse apud gentes profanas notius est quam ut exemplis demonstrari mereatur. Eundem inter nationes Orientales & speciatim Hebraeam diu viguisse nemo inficiari potest, quandoquidem in Libris cum Veteris tum Novi Instrumenti plures parabolae, ad modum historiae propositae, legantur. Celeberrimus ille Synedrii Judaici & Academiae Praeses Rabban Jochanan ben Zaccai, minimus tamen inter discipulos Hillelis, maxima fuisse sapientia praeditus dicitur, in Codice Talmudico Bava Bathra cap. 8. quae ibidem in eo sita fuisse dicitur quod noverit constitutiones Lege Orali traditas, statuta sapientum, Explicationes mysticas sacri Codicis, & denique משלים כובסים משלות שועלים parabolas a botris ac vulpibus petitas, *quod his verbis explicatur* מיסדו קדמונים לתת אמתלאם לתוכחותם
ותולין אותם בכובסין ובשועלים in more positum fuisse veteribus ut reprehensiones suas invol-

volverent parabolis petitis a botris & vulpibus. *At praeter parabolas, quae plurimae in Sacro Codice leguntur, in eodem frequentes sunt modi loquendi hyperbolici, quorum aliquot specimina laudarunt Talmudistae in Gemara Cholin cap. 7. & quos tamen in Talmude aliisque scriptis Judaicis ferre recusant plurimi & uti figmenta explodunt. Quamvis non negem frequentiores illos esse in Gemara & nonnunquam indecoros, ut vix videantur illorum auctores a nobis omni culpa posse liberari. Attamen multa sunt hoc hyperbolico scribendi genere exornata in Libris Judaeorum, quae satis se produnt suo indicio, ostenduntque quod in notione simplici (*פשט *dicunt Judaei, alii sensum literalem) intelligi non debeant, Oporteret enim tales Scriptores mentis compotes non fuisse & stultissimo mortalium stultiores. Hoc autem affirmare de antiquissimis Judaeorum Doctoribus, quorum multi Ecclesiae & Academiae, & rei publicae Hebraeorum stante Templo secundo & post excidium praefuerunt, plurimi, scio, non dubitabunt, ego refugio quam maxime. Non decet, ut quod verum est fateamur, adeo abripi*

ripi studio partium & sibimet adulari, ut credamus Judaeos aliosque qui sacra nostra non amplectuntur, peponem pro corde habere, & usque adeo insanire, ut illis rebus fidem habeant, quae a nullo hominum (licet stultior Coraebo sit) pro veris haberi queunt. Possetne quis inter nostros tam vecors, tam omnis rationis expers inveniri, qui crederet, trecentos asinos vix pares fuisse portandis clavibus thesaurorum Korahi, hominem qui stabulo R. Judae sancti erat praefectus ditiorem fuisse Rege Persarum, unum quodque membrum Synedrii magni peritum fuisse septuaginta linguarum, R. Johannem fil. Narbai in prandio trecentos vitulos & trecentas vini lagenas consumsisse, Davidem unius sagittae missione 800. viros vulnerasse, R. Eleazarem ben Charsum adeo divitem agrorum fuisse, ut mille urbes possideret, in urbe Zippori centum & octoginta mille fora publica in quibus venderetur illud condimenti genus quod ניקי קירס *appellatur, bis mille milites in exercitu Cozibae fuisse ea fortitudine praeditos omnes ut inter equitandum sola dextra arreptam cedrum e Libano evellere potuerint, aliaque hujus fari-*

nae-

nae, passim obvia? Haec tamen sunt a scriptoribus maximi nominis & probantur a Judaeis. Non quod ipsi haec ita intelligenda esse existiment, ut multis inter nostros videtur, sed quod usitata populis Orientalibus Hyperbole rem clarius exponere intendant. Hoc vere a me dici satis ostendunt, quum istis loquendi modis alia adjiciunt, quae clarissime evincunt, hyperbolen esse, quod unico tantum exemplo ex iis quae recensuimus illustrabo. Dicitur Eleazar ben Charsum dominus mille urbium. Fabulae! Nugae! Ineptum figmentum Judaeorum! exclamant nonnulli. Componant isti animum suum & legant, quod additur, scilicet, illas mille urbes sitas fuisse in regione montana Palestinae quae הר המלך *in Sacro N. T. Codice* ὀρεινὴ Ἰούδα *appellatur. Id parum est, collatum cum eo quod porro sequitur: In hoc tractu montano (quae pars non magna terrae Israeliticae fuit) septuaginta myriadas urbium fuisse & unius cujusque civitatis tot incolas, quot Hebraei ex Aegypto olim egressi illam partem maris rubri quae sinus Arabicus dicitur, transierunt. Ex quibus puto intelligitur, quod Judaei haec non* פלדרך פשוט *(ut ipsi loquuntur)*

tur) explicanda esse velint sed & על דרך גוזמא *haec omnia hyperbolica esse, quibus ostenditur ditissimum agris fuisse hunc R. Eleazarem, qui magnam partem Montis Regii possederit, & ne quis forte id solum desertum credat, vicos ibi urbesque & incolas plurimos fuisse. Dicet aliquis, doceri potuisse alia ratione ditissimum agrorum fuisse Eleazarem, quam tam enormi hyperbole, quae faciem habet verae historiae. Fateor ita nobis videri, quibus insuetus hic scribendi mos est, & apud gentes Europaeas ridiculum fore qui hoc stylo uti vellet, sed Veteribus longe alia mens fuit, & hodieque apud Arabas & Persas vestigium non leve priscae istius consuetudinis remansit. Unde nostris hominibus tam absurda videntur illa loquentiae Orientalis specimina, quae elapso saeculo in sermonem Latinum & Belgicum à variis auctoribus sunt translata. Et tamen hi modi loquendi sunt, qui adeo contemtos reddidere Judaeorum Scriptores, ut illi, qui in iis intelligendis tempus aliquod & laborem ponunt, multis in Augiae stabulo versari videantur. Verum & aliis causis hoc malum debetur. Plurima sunt in libris Cabbalicis & Talmudicis*

 my-

mysteria, quibus pandendis doctissimi hodie Hebraeorum se pares fateri non audent. Incurrunt ea in oculos multorum hominum e nostris, qui scientiae Cabbalicae rudes, in cortice vocum haerent, ad medullam non attendunt, & contenti ea transfudisse in sermonem Latinum, ridiculum iis sensum tribuunt, illum scilicet, quem verba praeferunt. Si de Talmude sermo sit, ejusque auctoritate, nil prius in ore habent quam impia, fabulosa, & blasphema in eo contineri. Vere quidem id dicitur. Absit, ut negem. Non ego is sum, qui tot obscœna Gemaristarum commenta & Sacro Codici contraria probare in animum inducam, nec de omnibus loquor, sed de quibusdam historiolis, quas plurimi nostrûm cachinno excipiunt nec tamen intelligunt. Quae enim vulgo citari solent Testimonia e Talmude deprompta, quibus ejus auctoritas infirmatur? Historia, de Leviathane, Bar Juchne, oratione Dei ut pro se offerretur sacrificium, & quae his sunt similia. Non probarem hos loquendi modos si quis nostrûm iis uti vellet, damno ut cum maxime. Verum illos non intelligi a multis, qui eos derident & a germano sensu,

quem

quem iis Judaei tribuunt, detorqueri contendo, credoque non debere vileſcere ſtudium Rabbinicum & Talmudicum ea de cauſa, quod tales in iis inveniantur hiſtoriolae, quae ſine dubio arcanam habent ſignificationem. Saltem antequam nos accingamus ad confutandas iſtius modi ſententias, noſſe operae pretium eſt, quo modo mentem ſuorum majorum hodierni Judaei explicent. Quos licet non ignorem in multis capitibus receſſiſſe a doctrina Patrum ſuorum, dubitare tamen fas non eſt, multa per traditionem (קבלה *ii dicunt) didiciſſe quae contemni non debent. Ita omne illud quod de comeſtione Leviathanis in ſaeculo futuro (* בעולם הבא *dicunt Judaei) ſcriptum eſt in Talmude & alibi de alimento ſpirituali, non illo, quo corpus nutritur, intelligunt. Gloſſa Libri* עין ישראל *ad Cap. 1. Megilla in Gemara Hieroſolymitana, ad colloquium quod ibi narratur, Imperatoris Antonini & R. Judae, de Leviathane, notat diſerte* אכילת לויתן יהי', אכילת רוחני' Comeſtio Leviathanis erit comeſtio ſpiritualis. *Ex illis autem phraſibus quae Deo aliquid humani tribuere videntur, male elicitur Judaeos credere Deum eſſe cor-*

poreum. Ita in Gemara Beracoth c. 1. *Bath kol, oraculum Templi secundi, R. Josi narrat, illo tempore quo Judæi in synagogis aut scholis certam partem precum, quæ ibi notatur, pronunciant, Deum caput movere & exclamare, O felicem Regem illum &c.* מנענע ראשו Haec *& similia loca nullus Judaeorum interpretatur de Deo aliquo corporeo, sed eodem modo, uti phrases quaedam in Sacro Codice* ἀνθρωπομορφῶς *Deo tribui dicimus. Adeoque non debemus fingere novum aliquem Deum Rabbinicum, quem Bartoloccius fuse satis ex scriptis Judaeorum descripsit, quasi novum aliquod monstrum, quod pro Deo haberent. Historia illa, qua dicitur Deus dolere se Lunam Sole minorem fecisse, & rogare ut sacrificium pro se offeratur, (alii pro* עלי *legunt* אלי ad me) *mystice à Veteribus & hodiernis Judaeis, qui studium Cabbalae amant, intellecta fuit, & forte non adeo absurda est, quin rei Christianae aliquid afferre possit emolumenti. Errat enim qui de Sole & Luna, coeli nostri sideribus, hic agi existimat. Nolim tamen aliquem credere, me omnes Judaeorum fabulas certissimarum veritatum loco habere, verum contendo mul-*

multas ex illarum numero, quae vulgo pro iis habentur, mysticam habere significationem, & male Judæos accusari, quasi illas על פשטו *(ad literam, vulgo dicimus) intelligendas esse crederent. Unde viribus etiam suis destituuntur illae machinae, quibus hae sententiae oppugnantur: & haec causa non inter minimas est, quod tam parum in Confutatione Judaeorum proficiamus, quum videant a plerisque nostrûm in sua sacra, & docendi scribendique morem, non inquiri, nec ea, quod inde consequitur, intelligi. Sed demus aliquid severis istius modi ingeniis, & fateamur cum illis omnia, quae diximus, & plura alia, absurda & inutilia inveniri in scriptis Hebraeorum. Negari tamen non potest, multa esse in Talmude ipso quae conducunt plurimum ad illustrationem Sacri Codicis, quum N. T. Graece quidem conscriptum sit, sed innumeros Hebraismos contineat & loquendi modos, ea aetate in Judaea usitatos, quorum sensum & usum in antiquissimis Hebraeorum voluminibus, quae non longe post tempora Christi composita sunt, indagare cura est Theologo dignissima. In quo negotio versata fuit prae aliis industria Claris-*

rissimi viri Johannis Ligtfooti, qui tamen sat amplam spicilegii materiem posteris reliquit. Plurimis in locis N. T. respiciunt Sacri Scriptores ad mores sui saeculi, ad ritus & ceremonias, quae non nisi ex Gemara illustrari queunt. Illa qui novit, quod pondus, quam Majestatem, quam arcanam sapientiam, inesse orationibus Christi & Apostolorum saepe deprehendit, ad quae alias mentem non advertisset? Haec quoque si alicui parva esse videantur, affirmo, solos Interpretes Sacri Codicis, qui in vulgari usu Rabbini dici solent, & quos inter trias Verorum notissima, Aben Ezra, Kimchi & Raschi, (adde ex recentioribus ipsis parem Abarbanelem) excellunt, utilitatem studii Rabbinici abunde commendabunt. Ex his se profecisse fassi sunt fidissimi Sacrarum paginarum Interpretes, Munsterus, Pagninus, Mercerus, Arias Montanus, Vatablus, Fagius aliique qui inter primos fuere, quorum operâ sacer Codex ex ipsis Hebraeorum monumentis explicatus fuit. Haec qua ratione in usum suum converterint, unae illae adnotationes Vatabli in Psalmos Davidicos elegantibus typis à Roberto Stephano editae,

ditae, ſed elegantius conſcriptae, liquido demonſtrant, quae mihi nuperrime humanitate Eruditiſſimi Viri, quem in paucis carum habeo, digniſſimi in Civitate Amisfurtenſi Judicis & Senatoris, Johannis Koolii, ſunt conceſſae. Multi ſunt hodie Scriptores Chriſtiani, qui Codicem Veteris Inſtrumenti aut partem ejus explicuerunt, ſed quis id feliciter praeſtitit, qui non e Commentariis Rabbinicis profecit, qui eos ad ſubſidium non vocavit, qui veram plurimarum vocum ſignificationem ab iis non accepit? Unde inepte illos agere *affirmavit Munſterus*, qui contemtis Hebraeis ſcriptoribus libros V. Inſtrumenti interpretantur. *Nec tamen ita occupata ſunt omnia, ut in ſcriptis Rabbinorum nil reliquum ſit, quod ex iis erui queat ad explicationem ſacrarum paginarum. Egregium ejus rei ſpecimen dedit anno elapſo Vir in his literis exercitatiſſimus, Collega mihi quondam in Academia Harderocuena, cujus ornamentum eſt, conjunctiſſimus, Meyerus, qui ex Commentariis Abarbanelis, non exiguam lucem maximae parti Veteris Inſtrumenti affudit, & obſervationes plurimas doctiſſimi Judaei in Latinum ſermonem ver-*

ſas eruditiſſimis notis ſuis ad Seder Olam inſperſit, & multa quae Chriſtianos latuerunt hactenus, e tenebris in lucem protulit. Cujus ego Viri lubentius mentionem injicio quòd dulciſſima ſit iſtius temporis in eadem Urbe & Academia nuper acti recordatio, & memoriâ nondum exciderit, aliquando inter nos ſermonem fuiſſe de voce quadam Hebraica, cujus vera ſignificatio a Viro quodam non indocto per literas petebatur. Conſultis omnibus, qui ad manum erant, tum iis qui Bibliis Criticis comprehenſi erant, tum aliis Chriſtianis Interpretibus, dubio iſti quod motum fuerat, non fiebat ſatis, & praeter nudam explicationem vocis Hebraeae per vocem Latinam, quam cum ea convenire judicabant, nil plane in eorum ſcriptis inveniebamus. Solus Raſchi (quamvis R. Levi ben Gerſom & R. David Kimchi aliquid etiam ad illuſtrationem ejus loci conferrent) rem quam ſcrutabamur, explicuit. Plura autem ejusmodi ſupereſſe adhuc in Rabbinorum Commentariis quilibet experietur. Qui ut facilius intelligi poſſint, non inutile eſt iſtos libros, qui jam in ſermonem Latinum transfuſi ſunt, cum verſione conferre. Ita enim mens adſueſcet ſtylo,

&

& ſibi aditum parabit commodiorem ad interpretanda illa volumina, quae verſione aliqua deſtituuntur. Fuere autem poſt renatas literas viri plurimi, qui in Commentariis Rabbinicis, (in Sacrum Codicem ejusve partes conſcriptis, illos enim propius haec Analecta Rabbinica ſpectant) in linguam Latinam vertendis operam ſuam collocarunt. Conradus quidem Pellicanus Rubeaquenſis, Profeſſor in Academia Tigurina, Commentarios R. Aben Ezrae, Kimchii, Raſchi, R. Levi ben Gerſom כרור סמור *R. Abraham tranſtulit, qui in Bibliotheca Tigurina adſervati, hactenus, quod ſciam, lucem non viderunt. Sebaſtianus Munſterus, qui huic ſucceſſit in Academia Baſileenſi, è Commentariis Kimchii ſuos in Jeſaiam ſe hauſiſſe fatetur, qui Baſileae prodierunt, & ut ſtudium Rabbiniſmi promoveret, regulas quaſdam obſervandas in explicandis ſcriptis Rabbinorum, loquendi modos ſingulares & vocum compendia, quae minus Latinae Abbreviaturae appellantur, typis ibidem deſcribi curavit. Paulus autem Buchlinus, mutato nomine Fagius dictus, Commentarios Kimchii in* 10 *primos Pſalmos Hebraice & Latine edidit. Poſt eum Gil-*

 ber-

bertus Genebrardus Professor Linguarum Regius, dein Archiepiscopus Aquensis Joelem cum Commentariis Aben Ezrae, Kimchii, & Raschi in Canticum Canticorum in Latinum sermonem translatis, edidit, aliaque opuscula non magnae molis e Rabbinis traducta. Triennio post editos istos a Genebrardo commentarios trium Rabbinorum in Joëlem anno sc. 1566. Arnoldus Pontacus Burdegalensis eorundem Scriptorum Commentarios in Obadjam, Jonam & Zephaniam Latina versione illustravit. Quod opus non deterruit Joannem Mercerum, Regium literarum Hebraicarum in Academia Parisiensi Professorem, quo minus trium illorum Rabbinorum animadversiones in Obadjam & Jonam, nec non in Hoseam, Joëlem, Amosumque Latina lingua evulgaret. Dicitur etiam Joannes Jacobus Wolphius aliqua e Rabbinis transtulisse in sermonem Latinum, sed illa ad manus meas non pervenerunt, nec scio quaenam illa fuerint. Saeculo autem, quod nuper effluxit, Ludovicus Henricus Aquinas Commentarios R. Levi ben Gersom in Cap. 5. priora Jobi & Raschi in Librum Esther transtulit. Quae

in

in hoc volumen Ralbag commentatus est, Latine vertit Flavius Mithridates, sed illa lucem non viderunt. Anno ejusdem saeculi primo & vigesimo Hoseas cum trium Rabbinorum Commentariis a Mercero versis Hebraice & Latine prodiit cum notis Gulielmi Coddaei Lingg. Orientalium in Academia Lugduno-Batava Professoris. Eidem dignitati in eadem Academia admotus Constantinus L'Empereur Commentarios Jachiadae in Danielem cum doctissimis observationibus orbi exposuit. In hac vero Academia Decessor meus, CL. Leusdenus, Vir de literis Hebraicis optime meritus, Joëlem & Jonam cum Observationibus Aben Ezrae, Kimchii & R. Salomonis, qui vulgo Jarchi dicitur, in Latinum sermonem redditis lucem videre jussit. In Gallia Simeon de Musis, seu Muisius, Regius in Academia Parisiensi Professor, Commentarios Kimchii & Raschii in Malachiam toga Latina induit, & seorsim Aben Ezrae, Kimchii & Raschii notas in Ps. 19. Latine Parisiis edidit, daturus integram versionem Commentariorum Kimchii in Psalmos, quam pollicebatur in Epist. Praef. Gramm. Bellarmini,

ni, si fata sivissent. Quod dein praestitit Ambrosius Janvier, Congregationis S. Mauri Monachus, quamvis quatuor priores anno 1619. *Joannes Bourdelotius Senonensis, Advocatus Consistorii aulici, decem ex iis Fagius, jam edidisset, & quinquaginta Bartholomaeus Valverdus, Theologus Hispanus, transtulisset, quod opus tamen ineditum Romae in Bibliotheca B. Mariae Transpontinae servatur. Eosdem Kimchii Commentarios D. Viccars Anglus in compendium redactos Decaplis suis in Psalmos, Operi Eruditissimo, inseruit. Dedit nobis eadem Anglia Procemium Commentariorum Abarbanelis in Leviticum, quod Latinum fecit Ludovicus Compeigne de Veil, qui multos Tractatus e Maimonidis Pandectis Judaicis Latio dedit, & si puritatem Latini sermonis spectemus, omnibus Interpretibus palmam praeripuit. Ante non ita multos annos Adamus Scherzerus, in Acad. Lipsiensi Professor, in Trifolio Orientali Scholia Raschi in primam sectionem Geneseos, & Abarbanelis in Haggaeum Hebraice & Latine edidit. Latine tantum Observationes Abarbanelis in Hoseam cum notis suis orbi exhibuit Fran-*

Franciscus ab Huisen. Alia Abarbanelis capitula a Buxtorfio versa, sed inedita sese vidisse testis est Spizelius in specim. Biblioth. Univ. Naperrime autem promisit vir in hoc studiorum genere exercitatissimus Carolus Josephus Imbonatus (cujus eruditissima Bibliotheca Latino-Hebraica una cum Julii Bartoloccii Bibliotheca Rabbinica sub meis auspiciis typis iterum describitur curâ industrii Viri Seb. Petzoldi, qui Serenissimo Prussiae Regi à Bibliotheca est) Joannem quendam Rendtorffium daturum publico versionem Latinam Commentariorum R. Abarbanelis in Jonam & Prophetas priores, notasque in omnes Commentarios Raschii, quae Lexici & versionis instar esse possent. Amstelodami etiam probe scio agitari consilium de recudendis hujus Rabbini commentariis in Latinum sermonem transfusis, a Juris peritissimo Breithaupto, qui Novellas Constitutiones Imperatorias, & Historiam quae Josephi Gorionidis nomen praefert, versione & notis illustratas brevi cum Orbe erudito communicabit. Quorum ego specimen typis descriptum non inelegantibus ipse conspexi. Et hae quidem sunt omnes Virorum doctorum

ctorum operae, collocatae in vertendis Commentariis Sacris (sive Scholiis ad Codicem Sacrum Rabbinicis) qui ad notitiam meam pervenerunt. Alius quidem generis Scripta Hebraica in Latinum sermonem translata sunt, & tanto quidem numero, ut illorum recensio libellum integrum postularet, sed scopus noster in editione horum Analectorum Rabbinicorum primarius fuit, ut Theologis Exegetis, sive Interpretibus Sacri Codicis inservire-mus, & de libris Talmudicis aut Cabbalisticis Judaeorum non fuimus adeo solliciti, maluimusque juvenes nostros manu ducere ad intellectum Commentariorum Rabbinicorum, quorum usus esse posset in explicatione Sacrarum literarum, quo delectus libellorum, his Analectis contentorum, in primis collineat, ut hoc labore faciliori defuncti eo magis ad scrutanda difficiliora Judaeorum scripta invitentur, atque ita studium harum artium & scientiarum magis magisque excitetur. Nulla enim re aeque deterrentur homines a studio Rabbinico, quam insuperabili, quam sibi imaginantur, difficultate, quae non parum augetur characterum forma rotunda & insolito ductu; quae

ta-

tamen tanti non ſunt ac prima fronte tyronibus apparent. Ego quidem de ſtudio Rabbinico ſaepe illam ſententiam proferre ſoleo, quam de monte Templi pronunciant Magiſtri Judaeorum. Hunc ſcilicet in adſcenſu non tam acclivem fuiſſe, quin & pueri eo duci & boves agi potuerint, nec tam facilem ſuperatu, quin niſum aliquem & impetum etiam in viris poſtularet. Fateor aliquam requiri induſtriam & attentionem in eo, qui ſcripta Rabbinica interpretabitur, & in limine monendum eſſe cenſeo unumquemque dicto Poëtae

——————— Diſcedite ſegnes,
Non ſunt haec lentis ſigna tuenda viris.

Sed nil ſine labore Dii vendunt mortalibus, & vetus dictum eſt: χαλεπὰ τὰ καλά. *Si tam plana eſſent omnia, aut nil aut parum laudis mererentur iſti Viri, qui feliciter in iis explicandis fuere verſati. Sed ut aliquis Commentarios Kimchii, Aben Ezrae & Abarbanelis (qui quidem interpretes Sacri Codicis Chriſtianis me judice utiliores ſunt ceteris) evolvere queat, non magno labore praeſtabit, dummodo Linguarum Hebraicæ &*

Chal-

Chaldaicæ peritus ſit, & Clariſſimi Viri C. Cellarii hanc, quam damus, Rabbiniſmi Inſtitutionem legerit. Sentiet enim, ſi prius conferre verſionem aliquam voluerit, ut mens oculique adſueſcant ſtylo & modo ſcribendi, certusque ſit ſe verborum Rabbinicorum ſenſum bene percepiſſe, brevi temporis intervallo eo ſe provectum iri, ut ſine cortice, quod ajunt, natare, & ſine ope verſionis intelligere Commentarios Rabbinicos queat. Si porro ulteriora tentare aliqui velint e noſtris juvenibus, ut ad alia Judaeorum ſcripta viam ſibi faciant, nos iis non deerimus, quibus nil gratius accidere poteſt, quam ut ineunte hoc ſaeculo revireſcere & florere incipiant prolapſae literae Orientis. Verum cum eo devenerit caveat ſibi unusquisque, ne ut progreſſus ei facilior ſit, verſiones Latinas cum textu, quem legit, Talmudico aut Rabbinico conferat niſi tales, quae probatae fidei ſint, & a Viris harum literarum peritiſſimis conſcriptae. Secus enim ſi fecerit, in laqueos ſe induet, quibus nunquam ſe expediet, & a caeco duce in Labyrinthum inextricabilem deducetur. Non poſſum non hoc loco meminiſſe Johannis

nis

nis Vorſtii, qui Chronologiam R. David Gans, Capita R. Eliezeris, Moſis Maimonidis librum de Fundamentis fidei, & Abarbanelis de Capite fidei, in Latinum ſermonem transfudit. Quis dubitaret de peritia & eruditione ejus viri qui tot volumina, eaque non parvae molis omnia, ex Hebraicis Latina fecit, niſi viri elapſo ſaeculo & hoc noſtro clariſſimi ignorantiam ejus prodidiſſent? Fateor nuſquam facilius errari, quam in transferendis ſcriptis Rabbinicis, maxime iis, quae nominibus propriis ſcatent, ut Zemach David R. Gans, nec tam iniquus rerum aeſtimator ſum, ut veniam dare nolim erratis quibusdam, quae vel a prudentiſſimo & peritiſſimo Viro poſſunt proficiſci. Raimundus, Fagius, Seldenus, Buxtorfius, Scaliger, Druſius, Ligtfootus, Salmaſius, l'Empereur, Hottingerus, Bartoloccius (quae nomina!) erroris nota in vertendis Hebraicis ab aliis viris doctis inſigniti ſunt. Quod tantis viris accidit, a ſe alienum eſſe, nullus niſi Suffenus exiſtimet: ſed errata Vorſtii tam frequentia ſunt, tam enormia, & tot Virorum doctorum cenſuris exagitata, ut verſiones ejus nulli juveni commendari queant. Conqueſtus eſt

de iis CL. Altingius Epist. 25. qui eum in vertendis Hebraicis prodigiose scribit errasse. Notatus est a Seldeno in lib. de Synedriis Hebr. Wagenzelio in Sota, Julio Bartoloccio, in Biblioth. R. Meyero, tum in praef. ad Seder olam, tum passim in Notis, & alibi. Ut aliquod ejus rei specimen demus, quam turpem errorem committit, quum bis haec verba ר' גמליאל דיבנה, *transfert R. Gamaliel Dibanah, quum debuisset scripsisse, Jafnensem, seu ex urbe Jafne? Nec enim ignorare debuit hunc R. Gamalielem filium fuisse R. Simeonis, occisi in excidio urbis Hierosolymitanae, eumque post R. Jochanan ben Zaccai, qui Jafnen se contulit, praefuisse Synedrio & Academiae Hebraeorum, quod omnes pariter Judaeorum Chronologi testantur. Nec dissimile illud est, cum haec verba* אמרה בת קיסר Dixit filia Caesaris, *Latine explicat per*, Imra filia Caesaris, *quasi Imra nomen proprium esset, qua versione deceptus etiam fuit CL. Otho in historia Doctorum Misnicorum, quam ego, dum Academiam studiosus frequentabam, notulis quibusdam currente praelo in gratiam typographi Amstelodamensis (quod genus hominum libros recusos nova qua-*

quadam *accessione amat commendare) illustravi, quae tamen sine nomine meo prodierunt, quia inter operas typographicas effusae satis laborari & recenseri non poterant. Idem Vorstius* מספרי, ex libro (*notissimo*) Siphre *vertit*, ex calculo כ״כ דורות, 22 generationes *transfert*, aeque multae generationes, אלו כן מספה, isti sunt ab eo tempore, *reddidit Latine*, Et forte hoc factum est, *nullo sensu. Sed jam taedet ineptiarum. De usu hujus Libelli quem tibi exhibeo, studiose Lector, sentio mihi aliquid dicendum esse. Ut hunc cum fructu evolvas, peritiam linguarum Hebraeae & Chaldaicae in Te requiro. Deinde hanc Institutionem Rabbinicam* C L. Cellarii, *concinno ordine & eleganter conscriptam, leges, cujus praecepta ubi noveris, accinges te ad explicationem Kimchii (quem elegi prae aliis, quòd facillimus sit, ne in ipso limine deterrearis) ea ratione, ut puncta vocalia, quae literis Rabbinicis convenire judicaveris, iis subscribas subscriptaque duci alicui, qui Te peritior est, examinanda tradas, ut judicet an regulae Grammaticae & usus Rabbinorum ea patiantur. Sine aliquo duce aut praeceptore in hoc studio aut*

 nihil

nihil aut parum proficies, quum ſaepe ſcrupulum, qui diutiſſime tibi haerebit in una quadam voce Tibi ignota, eximere e veſtigio poſſint, qui in his ſcriptis paulo magis ſunt exercitati. Ita fiet ut accedente quotidiana diligentia iſta puncta vocalia, quae literis addi debent, addere poſſis facillime. Quod enim nonnulli gloriantur ſe neſcio quam parvo temporis ſpatio & eleganti methodo aliquem eò perducturos, ut omnia ſcripta Judaica ſine punctis (quod ajunt) legat & intelligat mihi nondum fuit perſuaſum. Una via ad certam & facilem lectionem ſine punctis eſt exacta notitia praeceptorum Grammatices & exercitatio in lectione ſcriptorum Judaicorum, praeeunte duce, inſtituenda. Quibus ſi deſtituatur, haerebit ubique incertus juvenis, vocemque ante oculos poſitam proferre non ſuſtinebit, & genuinum ſenſum vocis non niſi per conjecturam adſequetur. Uſus eſt, qui ſolus docere poterit ubi periodus perfecta deſinat & altera capiat initium, & quae ſignificatio vocibus ambiguis tribui debeat. Uſus eſt, qui quaeſtiones a reſponſis, objectiones a ſolutionibus, verba ſcriptoris a locis ſacri Codicis, ad eorum illuſtrationem citatis, docet diſtin-

ſtinguere. Quae quidem praecipuae difficultates ſunt, quae Gemaram, Zôhar, Rabboth, & ipſos recentiorum Judaeorum Commentarios adeo obſcuros reddunt. Unde utiliſſimum & tantum non neceſſarium eſt, ut qui aditum ſibi quaerit ad haec volumina, vivo Praeceptore utatur, qui vocem ſuam rebus, quas diſcipulis praelegit, ita accommodet, ut ex ipſo tono & pronuntiatione ii intelligant, an verba ſint rogantis nec ne, & quibus terminis periodus illa quae legitur circumſcribatur. Haec ejusmodi ſunt, ut non tam parvo labore comparari poſſint, quam multi gloriantur. Adde quod vocum punctatio certis adeo legibus adſtringi nequeat, ut non ſenſui plurimum tribuendum ſit. Vox יחל *pro varia ratione punctorum, quibus inſignitur, ſignificat* aegrotavit, timuit, incepit, profanum reddidit, deprecatus fuit &c. *Quae notio eligenda ſit ex his omnibus, ex ſolo ſenſu, quem conſtituit cum praecedentibus & ſequentibus vocabulis, judicari debet. Incaſſum heic Canones quidam, ut ut habiti ab auctoribus ſuis pro certiſſimis, in ſubſidium vocantur. Certe hic obtinet Canon Ovidii, quem aliis iſtis Canonibus omnibus opponimus.*

 So-

Solus & artifices qui facit usus erit.

Libri autem, quibus carere non debet operam daturus studio Rabbinico, tres sunt praecipue, Lexicon majus Talmudico-Rabbinicum Buxtorfii, opus triginta annorum, thesaurus ille antiquitatum Judaicarum, ejusdem libellus de abbreviaturis, & quae vulgo appellari solent Concordantiae Hebraïcae. Ex hoc volumine indagantur loca S. Codicis, in quibus verba Biblica a Rabbinis sine indicio libri aut capitis laudari solita continentur, ex illis vera notio vocum & Compendiorum, quibus in scriptione sua utuntur Rabbini, hauriri debet.

In editione autem hac nostra Commentariorum Kimchii in decem Psalmos priores, secuti sumus exemplum editionis rarissimae & integerrimae quod olim in Bibliotheca Cl. Gomari *&* Cocceji *fuit, nunc Conjunctissimi Collegae nostri* M. Leidekkeri *est, & Isnae prodiit, anno aerae Judaicae* לפ״ק 302. *id est, juxta rationes nostras a nato generis humani Sospitatore* 1542. *Illud autem multo plura continet quam editio nupera Amstelodamensis aut aliae, ut illi manifestum fiet, qui utraque inter se conferre voluerit.*

De-

Decem vero priores ſelegimus, quòd ſcopo noſtro ſufficere viderentur, qui fuit ut in Collegio noſtro a ſtudioſis juvenibus explicarentur. Quod non ſine ſucceſſu, elapſo ſemeſtri ſpatio, a nobis fuit tentatum, qui etiam ſaepenumero explicationes Kimchii ad ſuos fontes reduximus, & ex ipſa Gemara ſtudioſis noſtris praelegimus illa, quae occaſionem dediſſe Kimchio potuerunt eo modo commentandi, vel quae ipſe laudat teſtimonia e Talmude deprompta. Uti E. G. plurima habet Kimchius, quae nomine Magiſtrorum profert in Commentariis ad Pſalm. 1. quae ad verbum deſcripta invenies in Gemarae Codice Avoda Zara cap. 1. ad Pſ. 2. aliqua hauſta e Gem. Berachot c. 1. Peſachim c. 10. &c. ad Pſ. 3. e Gem. Sanhedrin, Eruvin &c. Ita guſtum ſtyli Gemarici damus auditoribus, eosque ad altiora manu ducere pro virili noſtra tentamus. Unde etiam ſpes nobis affulſerat ulterius pergendi in promovendo ſtudio Rabbinico hoc ſemeſtri, ſed quae ad tempus evanuit, dum plurimi Collegium Arabicum flagitabant, quorum votis me lubentiſſime tradidi. Non poſſum non meminiſſe hoc loco Celeberrimi Theologi,

& Professoris in Athenaeo Dordraceno dignissimi, Salomonis van Til, qui Genebrardi Isagogen Rabbinicam, libellum elegantissimum & multo cum fructu legendum, quamvis iniquiori Illustris Scaligeri censura notatum, humanissime nobiscum communicare voluit, quod ut ego grato animo agnosco, ita publicae rei interesse existimo ut sciat, cui editionem hujus opusculi debeat. Quod ad naevos attinet typographicos, qui huic editioni adhaeserunt, non dubitamus, quin multi detergendi supersint: quod characterum & punctorum affinitati & operarum festinationi, quam usus Collegii postulabat, adscribi debet. Quamvis liquido affirmare ausim, non tot maculas in hac editione superesse, quod sustulimus ex editionibus illis, quibus usi sumus in collectione horum Analectorum. Utere hac opera, Lector, & conatibus nostris fave.

SE-

SERIES
LIBELLORUM,
QUI HIS
ANALECTIS
CONTINENTUR.

G. GENEBRARDI ISAGOGE RABBINICA.

EJUSDEM MEDITATIONES ET TABULAE RABBINICAE.

G. CELLARII INSTITUTIO RABBINICA.

J. DRUSIUS DE PARTICULIS RABBINICIS.

INDEX COMMENTARIORUM RABBINICORUM,

RUM, QUI IN SACRUM CODICEM AUT PARTES EJUS CONSCRIPTI SUNT.

J. BARTOLOCCII VITAE CELEBRIUM RABBINORUM.

R. DAVIDIS KIMCHII COMMENTARII IN DECEM PSALMOS PRIORES DAVIDICOS, CUM VERSIONE LATINA.

G. GE-

ΕΙΣΑΓΩΓΗ
GILBERTI GENEBRARDI,

THEOLOGI PARISIENSIS,

DIVINARUM HEBRAICARUM-QUE LITERARUM PROFESSORIS REGII,

Ad legenda & intelligenda Hebræorum & Orientalium sine punctis scripta.



Sanctissimo ac Beatissimo Patri

SIXTO QUINTO

Pontifici Maximo,

GILBERTUS GENEBRARDUS

Theolog. Parisiensis, divinarum Hebraicarumque literarum Professor Regius.

RCANA veteris Hebræorum literaturæ, priusquam illius divini characteres humanis & Masoreticis punctis alligarentur, Sanctissime Pontifex, nulli melius, quàm V. S. enuntiare possim aut debeam. Nam non modo sacras literas colis, verum etiam illarum patronum te apud omnes gentes ultrò constituis. Deinde cùm in Urbem venire: memorias

Apostolorum ingredi: limina Petri & Pauli exosculari: Martyrum cryptas lustrare: Apostolicorum, qui istam Ecclesiam suo sermone & virtute stabilierunt, trophæa suspicere: Religionis & Imperii antiqua monumenta spectare: Hebræos, Syros, Græcos, Abyssinos & reliquos exteros, parum in nostra Gallia cognitos, in Italia propter locorum opportunitatem, Cathedræ dignitatem, Ecclesiæ communionem creberrimos convenire: Variarum nationum, linguarum, literarum seminaria à præcessoribus tuis condita, à te aucta, ac, ut omnes toto orbe confidunt, absolvenda visere: φροντιστήρια Græcorum à Theodosio Zygomala Hieremiæ Patriarchæ Protonotario, cæterisque Constantinopolitanis cognita & celebrata terere: Viros eruditionis, virtutis, pietatis laude clarissimos consulere: Vaticanam, Marcianam, aliasque bibliothecas locupletiores volvere: Illustrissimum denique Cardinalem Joyeuseum Francicæ protectionis munere apud T. S. functurum comitari instituam, mihi sic commodius aditum ad tuos Apostolicos pedes ample-

plectendos patefactum iri ſpero optoque. Notum enim eſt vetus verbum: Divos non eſſe adeundos ſine munere. Quod etſi T. S. ratione perexiguum videatur, noſtræ tamen profeſſionis & facultatis æſtimatione eſt perquàm maximum. Adde veterum veteris teſtamenti ut Septuaginta Seniorum, ut Hieronymi, interpretationes inde copioſam lucem hauſturas. Ideo enim ſæpe obſcuriores apparent, quòd inſpicienti puncta à recentioribus Rabbinis, quos Maſoretas appellant, elementis Biblicis affixa, poſt ejuſdem Hieronymi ſæculum, non facile occurrat, quid majores illi noſtri legerint: cùm attendenti ad nudos characteres, regulis præſertim, quas in hoc opuſculum congeſſimus, inſtructos, illorum lectio non ſolùm emicet, verum etiam mirabilis ſapientia, qua per Spiritum S. ad præſtantiorem intelligentiam & divinis myſteriis propiorem divina oracula tranſtulerunt, plerunque effulgeat. Cujus rei guſtum hic præberemus fuſius, niſi haud contemnendum jam præbuiſſemus explicandis Pſalmis, & præbituri eſſemus aliquando, ſi Dominus no-

 ſtris

ſtris conatibus, ſtudiis, conſiliis faverit, explananda noſtra vulgata utriusque Teſtamenti editione, & indicanda in vulgus aliarum, quæ ſeptuaginta his annis conditæ ſunt, quotidiéque novæ ſine numero cuduntur, cum improbitate, tum vanitate. Hoc interim qualecunque tuo S. nomini offerimus, ut ſi ad complurium proborum doctorumque Catholicorum calculos, tuum adjicias, ſim ad antedicta perficiunda inflammatior, & ad alia capeſſenda acrior, quæ quidem ceſſura Eccleſiæ utilitati, veterum interpretum ſplendori, vulgatæ editionis illuſtrationi illi & ego judicamus. Salve igitur, nosque ad te Lutetia venientes Apoſtolici vultus ſerenitate recrea. Calend. Junii. 1587.

LEC-

LECTORI.

OCCASIO *hujus libri scribendi fuit, quod olim ego & plerique antea omnes deterreremur lectione Rabbinica, id est, punctorum experte, tanquam* difficili, *vel etiam* impossibili, vel certè *arbitraria. Nec interim huic opinioni refellendæ vel sanandæ ullus occurreret.*

Accedebat, quòd, qui doctrinæ famam sibi comparaverant, non modo hanc opinionem non eripiebant e tyronum mentibus, sed etiam altius infigebant atque adeo augebant, sive ut soli docti viderentur, *sive quia serio fortasse ita sentiebant.*

1. *Campensis, vir alioqui de lingua sancta optime meritus, Eliæ Levitæ discipulus, Clenardi præceptor, qui Latinorum primus præceptiones Grammaticae, satis obscurè, parum methodicè à Sante Pagnino, Reuchlino Capnione, & primis aliis Latinis Hebrai-*

 carum

carum rerum tractatoribus explicatas, dilucidè, methodicè, cum luce & ordine edidit, ad Eliæ Levitæ præceptoris imitationem. Campensis, inquam, dicere solebat, non tam legi Rabbinorum *scripta quàm* divinari.

2. *Ab eo parum abscedit quidam Chevallerius, apud suos & cacolycos alicujus nominis, apud Catholicos & doctos malus & indoctus, Tum quasi communis sensus expers & vacuus,* mancam *scripturam appellat* & imminutam *eam, quæ punctis caret, ut ideo audacter affirmet, & contra omnium historiarum* & sæculorum *fidem, puncta ab ipso Mose unà cum literis sacris veteris testamenti in deserto fuisse tradita. Esse enim nefas dictu, legem mancè, imminutè, imperfectè à Deo fuisse profectam.*

3. *Elias in libro Masoreth Hammasoreth, cui historiæ suorum veritas erat comperta, longè aliud & sensit & scripsit. Docet enim rationem illam legendi absque punctis usui & exercitationi esse tribuendam, atque in hujus rei testimonium sive argumentum ait se Romæ convenisse Aethiopas Presbyteri Joannis legatos, qui responderunt se suam linguam & literaturam legere usu, non præceptis.*

4. *Cheredamus in Alphabetho mystico, tribuit*

buit præceptoribus, qui nos (inquit) Hebraicarum contractionum rationem doceant. Appellat contractiones omnia vocabula destituta vocalibus punctis.

5. *Munsterus in sua Chaldaica Grammatica præceptionibus Hebraicis, & Chaldaicis, ubi iis accesserit mediocris vocum perceptio & intelligentia.*

Certè, ut ista in summam colligamus, hæc plurimum habere momenti negare nec possumus nec debemus. Excipio duntaxat divinationem Campensis & Cevallerii mancitatem, sive defectionem, deliquium aut potius delirium.

Usus, *quem Elias postulat*, Præceptor, *quem Chæredamus exigit*, Præceptiones Grammaticæ utriusque linguæ, *à quibus præsidium & opem petit Munsterus, cum aliqua sacræ linguæ intelligentia magnam habent vim ad legendos Rabbinorum commentarios.*

6. *Sed ego doceo, tantisper dum hæc omnia nobis comparamus*, quandam esse artem, quandam *rationem, quendam modum, ut non ubique constantem (nam in Grammaticis solet esse* aliqua exceptio) *& immotam, at valde probabilem, ferè contingentem, quam si sequamur veluti ducem, puto nos non facilè aberraturos.*

Quod

Quod firmo tribus rationibus. Prima, quoniam ars definitur observatio sive collectio multorum præceptorum ad certum quendam finem tendentium. Colligi possunt, ut & hoc libro collegimus, certa præcepta ad unum hunc legendi finem tendentia. Ejus igitur est aliqua ars.

Secundam e consuetudine Rabbinorum ducamus. Hi solent suis scriptis literas vocales inspergere, ubi lectionis difficultas incidere potest, & solet: prætereà administras quasdam literas inserunt, quæ nos, prope dixerim, manu ducunt ad ipsorum lectionem.

Hæc consuetudo, cum non sit altera natura, quædam ars, quoddam artificium, quædam ratio sit, necesse est, ad illustrandam lectionis obscuritatem.

Tertia ex ipsismet Hebræis petitur. Hebræi hoc artificio *omnes linguas suis characteribus sine punctis repræsentant & exprimunt. Fagius in Pentateuchum hoc docet de Germanica, qua affirmat Hebræos, Germanicos multos & prolixos libros scripsisse nudis literis Hebræis. De Italica, Gallica, Hispanica liquet in Rabbinorum Commentariis & Breviariis, quæ ipsi appellant.* מחזורים, סדרים סידורים, תפילות.

Scripta Rabbino- *Contrarium infirmari potest. Primum scripta punctis expertia non sunt abbreviatio-*

tio-

tiones vel defectiones ut censuerunt Campensis & Cevallerius. Abbreviationes sunt dictionum compendia, non integræ dictiones, quæ proinde appellantur ראשי תיבות *vel* נוטריקון, *notarikon, q. notariatus, à notis, voce à nobis sumpta, quando vocum capitalis initialis, i. e. prima litera tantum ponitur. Quæ sunt compendia vera & propria, nam minus propria sunt, in quibus ultima duntaxat littera vel syllaba deficit.* rum non sunt abbreviationes.

2. *Quia in abbreviationibus, ut in Græcis & Latinis apparet, literæ radicales & thematicæ vel* corripiuntur, *vel* surripiuntur, *sive de medio tolluntur.* Dns, pns. πρὸς. *Hic statæ sicut radicales.*

3. *In veris abbreviationibus vocales omnes aut pleræque omnes desiderantur,* Chrs, &c. *At apud Hebræos, ut ubique vocales sive literas protractionis dictiones non habeant, certè habent pluribus in syllabis. Vix enim reperias dictionem, cujus aliqua aut etiam duæ syllabæ non habeant unam ex literis.*

Secundo non sunt contractiones, *ut censuit Chæredamus, quod ab enumeratione partium demonstrari potest. Omnis contractio vel est* κρᾶσις *vel* συναίρεσις, *vel potius ut hanc subtilitatem Grammaticis relinquamus, Omnis contractio fit per crasin, i. e. elisionem vocalium,* Non contractiones.

lium, vel per syncopen, quæ est consonantium abscissio. Hic neque eliduntur vocales, nam potius ad ostendendam lectionem adjiciuntur, uti dixi & hoc libro apparebit, neque abscinduntur consonantes, ut oculis & digitis percipi potest.

Non syllabaria.

Tertio, non sunt syllabaria. Ut aliquis à simili posset contendere & augurari, quod Alphabethum Indicum non tam sit Alphabethum, quam Syllabarium, quoniam unaquæque Rabbinorum litera, sive character suam vocalem non infert.

Quid igitur sunt scripta hujusmodi? Respondeo, non abbreviationes, ut docui, non contractiones, non syllabaria, sed integræ dictiones & perfecta, constantes suis numeris, id est, suis radicalibus & essentialibus literis, exutæ quidem externo illo & humano punctorum commento, quod anno quater millesimo, trecentesimo, ut minimum, anno ab orbe condito, excogitatum est ad stolidis & rudibus consulendum: sed vestitæ rebus & ornamentis ad legendum necessariis, *quibus contenti fuerunt olim docti, apud omnes Orientis Provincias. Occidui, quia non tam valuerunt ingenio* adhibuerunt externa ornamenta & *literas superfluas &c.*

Est

Est ergo aliqua ars legendi ſine punctis.

Ea tribus præcipue conſtat, obſervatione literarum protractionis, Characteriſticarum literarum, ſyllabarum, atque adeo particularum miniſterialium, de quibus in Periocha. Perficitur autem aliis tribus, nempe Analogia, *Regulis* grammaticis, Uſu.

LIBRI PERIOCHA.

Tres ſunt præcipuæ lectionis ſine punctis notæ. Illam enim primùm oſtendunt literæ protractionis ſive אֱהֱוִי ut כוכב cokáb, צדיק tſadik, צואר tſavár, בנה baná. Deinde characteriſticæ ſeu ſymbola tam verborum quàm verbalium (ſunt autem omnia Hebræorum nomina fere verbalia. A verbo enim aut uſitato, aut ſaltem ficto, vel obſoleto deſcendunt) הפקיד hiphkid, יפקוד iphkòd, התפעל hitphaél, & ita cum reliquis indicibus præteritorum,

rum, futurorum, modorum, perſonarum, numerorum, conjugationum. Sic in verbalibus משפט miſpát, in quibus ſcilicet una eſt ex literis heæmanti. Poſtremò literæ ancillantes & præſertim משה וכלב Moſè vecaléb. Item affixa. Ac de iis quidem ordine hoc libello traditur, explicatis ſparſim plurimis, quæ potiùs ad illorum intelligentiam, quàm lectionem pertinent.

ΕΙΣΑΓΩΓΗ

Ad Legendos Hebræorum Commentarios, sive Alphabethum Rabbinicum.

Literarum, quibus Rabbini Hebræorum plurimum utuntur, forma aliquantò minus quadrata, paucioribus & minus exquisitis tractibus constans, & proinde invenustior concitatiórque est ea, qua contextus bibliorum pingitur. Unde à Munstero, & Pellicano literæ eorum rectè currentes vocantur, ab Hebræis verò כתיבה קטנה, *ketibá ketanná*, scriptura parua, & nomine proprio מסקיט *masket*, ignoto quidem etymo, sed voce, juxta quosdam, apud Arabes macilentum extenuatùmque significante. Sic enim depingunt. *Elias in Tisbi.*

אבגדהוזחטיכלמנסעפצקרשת

Finalium vero hæc sunt lineamenta.

ך ם ן ף ץ

Nam tertium Scripturæ genus ab Arabibus ſumptum & mualek nuncupatum rarius uſurpant, quo videlicet literas duas aut plures alias in aliis locant, implicant, corrumpunt, [ligature] pro דברי *dibre* [ligature] pro יצחק *Iſaac*, vel more abbreviationum Græcanicarum, inter ſe ligant & confudunt, [ligature] pro אל & [ligature] pro בא *ba*, qualibus figuris & ligationibus libri eorum olim in Hiſpania conſcripti inveniuntur. Initio autem admonendus es, quiſquis traheris ſtudio legendi Hebræorum commentarios, ut prius diligenter incumbas in præceptiones grammaticas. Nam tota legendi ratio, etiam contextus, pendet ex analogia & proportione grammatica, quæ eſt ſimilium ſimilis declinatio, notatio, & regula, cui Anomalia quidem opponitur, ſed in hoc idiomate rariſſima exiſtit, immò nul-

Grammatica nota eſſe debet ei qui aſpirat ad Rab. lectionem. Gell. lib. 2 c. 2.

nulla ferè, nisi in verbis, de quibus liber Eliæ, qui inscribitur *Harcaba*. Nec tamen velim, primùm te in quasvis, sed Clenardinas tantum, aut etiam D. Quinquarborei Institutiones incidere, quòd facillima & brevissima methodo conscriptæ sint. Deinde hortor, ut te conferas ad ejusdem D. Quinquarborei opus De re grammatica Hebræorum. Nam quæ breviter & succinctè in tabulis Clenardi, aut hujus Institutionibus didiceris, illic eadem ferè methodo magnificè & amplè tractata reperies. Neque enim in primis atque statim consuluerim Santem, Capnionem, & superiores Christianos rerum Hebraicarum tractatores. Quoniam Grammaticas doctas quidem ediderunt, sed valdè incipientibus obscuras, difficiles, ne dicam methodi & ordinis expertes, quia non æmulabantur Eliam Levitam, qui primus inter Hebræos ad lucem & perspicuitatem rem istam evocavit, verum vetustiores Rabbinos, qui erudite quidem, sed parum methodicè illam explicaverant. Si vacat interim postea, illos adito, quin & fontes ipsos, ut Michlol, orationes Eliæ, ac similium Rabbinorum opera ad satietatem exhaurito, nec ma-

lis ex rivulis, quàm ſcaturigine bibere. Præterea debes mediocriter eſſe verſatus in dictionum ſignificationibus, earum ſaltem, quarum mentio fit in Grammatica, quam didiciſti. Ne nomina legas pro verbis & contrà. Item nomen unum pro altero. Quæ incogitantia veteribus Bibliorum interpretibus, antequam illa punctis exornaſſent Maſorethæ, frequenter impoſuit, ut in דבר Oſee 14. dum Septuaginta legunt דָּבָר davar, Hieronymus vero דֶּבֶר dever. Similiter in מטה Geneſ. 47. dum hic legit מִטָּה mittà, illi מַטֶּה matté: ſic varia lectione עם & cum, & populum ſignificat. Hac de re extat hiſtoria, in tractatu quodam Talmudico, cujus inſcriptio eſt בבא בתרא baba bathrá. Quidam enim Rabbinus in verbis Deuteronomii 25 תִּמְחֶה אֶת זֵכֶר עֲמָלֵק legebat זָכָר Zechár à forma gemini Kametz, hoc eſt, maſculum, pro זֵכֶר zécher per ֵ ֶ, id eſt, memoria: unde & ob ſuſpicionem corruptæ Scripturæ à Joab diſcipulo interfectus eſt. In his ac ſimilibus judicio eſt opus, ne exiſtimes omnia regulis comprehendi poſſe. Sed his obſervatis, facilis eſt reliquarum dictionum lectio.

Mediocriter intelligendum eſt Hebraice.

Elias præf. 3. Maſ.

De

De vocalibus Hebræorum, quæ in punctorum locum sufficiuntur.

ו י א

Harum enim literarum, quarum figuras principiò depinximus, tres ו י א cùm ſine punctis vocalibus ſcribunt, locum ſubeunt vocalium. Aleph raro, Jod & Vau paſſim, ut eas Agathius Guidacerius in ſuo מקנה poſt auctorem Jetſirá rectè אמות הקריאה *Immoth hakkeriá*, matres lectionis, appellet, quod videlicet omnes vocales contineant ac veluti procreent. Aleph enim præſertim in ambiguis pro páthah, hatéph páthach & caméts, Vau pro holem, caméts hateph, ſurec & qibbúts, Jod pro ſêgol, tſéri, utroque hiric, ſcevá, & hatéph ſégol ponitur. Quod clarè indicat Elias præfatione 3. libri Maſoreth: Veteres, inquit, hólem appellarunt או o, ſuréc או v, hiric אי & cætera. Qui etſi has literas vocales non appellent, utut vocem deſignantes, ſed potius quieſcentes, quietas, immobiles, ſpiritales, literas tractus ſive protractionis, quod eas va-

riè efferri contingat pro ipsarum ad puncta affectione, quæ adminicula hodiè sunt lectionis, tamen quia, ubi sine punctis scribitur, in punctorum locum substituuntur, non alienè, quamvis discedentes à communi Rabbinorum appellatione, vocales nominabimus. Nam & ante punctorum inventionem Josephus Φωνήεντα, & quidem addita ה pro quarta vocali, nominavit. Unde rectè eas per sua scripta disseminant. Sic enim lectionem non modo efficiunt planiorem, verum etiam pleniorem & perfectiorem. Itaque nunquam probavi Caninii, Tremellii, Merceri ausa, qui freti Danielis & Ezræ analogia, scripturam interpretum Chaldaicorum & novi Testamenti Syriacam vitiarunt, his vocalibus literis penè omnibus subductis, & in earum vicem punctis è suo capite suffixis. Primo, quia illæ inspersæ fuerant ab ipsismet auctoribus, quorum voluntatem temerare, & scripta adulterare crimen est falsi. Deinde quia non sequitur; Hanc analogiam in suis Chaldaicis tenuerunt Daniel & Ezras, ergo & Jonathan, Onkelos, &c. Nam perspicuum est in omnibus linguis varias & prope innumeras esse dialectos & alios aliis loqui im-

Joseph. lib. 4. belli.

pu-

purius. Adde occultam paucisque notam pronunciationi vim in illis inesse literis, quam si non possis assequi, alius fortasse assequetur. Ad quam fortassis allusit D. Hieronymus scribens: se quidem Chaldaicam linguam intelligere, sed ejus verba non posse sonare. Sed ad rem. Id observant non in medio tantùm, verum etiam initio dictionum, saltem, cùm peregrina nomina Hebraicè scribenda sunt. Exempli causa אלגא *alga*, junci species, in Kimhi commentariis in Jonam, אלפא *alpha* in Elia, קאפיטולא capitula, in eodem, פנאי *panai*, ציגוניא *cigonia*, in Rabbi Selomone Gallo. Et in contextu אתא *atha*, Esræ. 5. מאתים *mataim*, Jos. 7. מאנין *manin*, Danielis 5. קאם *kam*, Daniel. 7. יהודאי *Jehudai*, in tharghumin, & sexcentis aliis, ut pluribus postea docebitur. Quamquam olim non tam anxiè in istarum potestate discernenda sudatum sit. Quin potiùs uti tres tantùm vocalium figuræ erant, ita non nisi tres voces reddebant, א faciente A, ו sonum quendam confusum & indistinctum inter o & v sibilante, qualis fortasse fuit ὦ μεγάλου, postquam eo uti cœperunt loco ο μικροῦ. Jod verò nescio quid inter i & e fremente, instar η, Græ-

Prolog. in Daniel.

Plato in Cratyllo.

Græcorum, quemadmodum cernere eſt in veterum allegationibus. Hæc enim verba Hebraica Eſaiæ 26. בִּטְחוּ, בַיהוָה עֲדֵי עַד כִּי בְּיָהּ יְהוָה צוּר עוֹלָמִים in Origenis hexaplis in hunc modum Græcè citantur, *βετοοὺ βαδωνά, ἀδ' ἄθ' χῖ βαϊά ἀδωνάι σωρ ὠλεμείν.* Quod, ne mireris, à veteribus etiam La-

Fab. lib. 1 cap. 6. *Priscian. lib. 1.*

tinis factitatum eſt, ſcribente Fabio, medium fuiſſe u & i literarum ſonum. Non enim ſic optimum dicebant ut opimum, & in here neque e neque i planè audiebatur. Sic o & u confuſæ invicem, ut *Hecoba*, *notrix*, *Pulixena*, *Culchides*, *volt*, *Davos*, *dederont*, *probaveront*, &c. Quæ paſſim apud Co-

In lib. 8. Aeneid.

micos occurrunt. Nam id crebrò, inquit Servius, antiquis in lectionibus invenitur, ſicut in *epiſtulis* probat Verrius Flaccus exemplis, authoritate, ratione, docens in adverbiis maximè pro u, o majores ponere conſuetos pro *huc*, *hoc*, ſicut pro *illuc*, *illò* hodie dicimus. Addo œ, *mœnire* pro munire, *mœtuus* pro mutuus, *mœrus* pro murus. item oi, *oiti* pro uti. Nam Martianus *oiſus* ſcriptum ait apud veteres pro uſus. Hinc illud fortaſſe Ciceronis de Legibus, Aſt quid erit, quod extra magiſtratum ceratur *oiſus* ſit. i. uſus. Et ſi Adrianus

Tur-

Turnebus antiquioris literaturæ princeps *oesus* emendet. Quo etiam pacto E & I sine discrimine posuerunt. Inibrum & Inebrum quod inhibet & retardat. Fortasse quia jota accommodatum est elementum ad tenuia quæque & per omnia maximè penetrantia exprimendum, ut *ἰέναι*, *ἵεσθαι*, ire, progredi. Cum autem sensim ab hac vocis commixtione discederetur sæculis in dies eloquentioribus, accrescerétque vocalium seu vocum numerus & varietas, Hebræi quoque distinctam magis suarum rationem habuêre; nulla facta figurarum in literis vocalibus, quas tres tantum posuimus, amplificatione. Itaque jam nunc de illis dici potest, quod Macrobius de vocalibus Latinorum, *Apud nos, inquit, si sonos vocalium, non apices numeraveris, septem sunt vocales, etiam si easdem modò longas, modò breves pronunciando, quinque* (*& apud Hebræos tres*) quàm septem tenere malueris. Cujusmodi ratio vel locus fortasse Ambrosium Theseum movit, ut scriberet, apud Chaldæos, Hebræos, & veteres Samaritanos sex esse vocales חוי & עכה, apud Arabes, Punicos, Turcas, Persas, Tartaros septem, Eliph, Voc, Je, Hé, Hah,

Turneb. lib. 3. Advers. c. 11 & cap. 5.

Plato in Cartyllo.

Cap. 6. lib. 1. in Somn. Scipion.

Ain & Hé. Apud Jacobitas & Cophtitas ſive Ægyptios Chriſtianos decem, ſeptem videlicet Græcas, v latinam, duas Hebraicas, Hori, id eſt, ח. & Gieuſa, id eſt, ע, ſed ei non aſſentior. Nam aperte aſpirationes ſive literas aſpirantes cum vocalibus confundit. In eo autem nonnihil variarunt Græci veteres. Cùm enim olim duabus his η & ω, ut eſt apud Platonem in Cratyllo, non uterentur, ſed illarum vice ε & ο geminarent, poſteriùs illas tam figura quàm voce à reliquis diſcrepantes adjecere. Illud autem contigit apud Hebræos, authore Elia, anno ab everſo Templo quadringenteſimo trigeſimo ſexto, qui eſt à Chriſto quadringenteſimus ſeptuageſimus ſextus. Ea enim ætate Tyberitæ, qui inhabitabant Tyberiadem urbem Galileæ, à qua mare Tyberiadis in Euangelio, & מי טבריא, thermæ quædam calidæ celebratæ in Talmud (falluntur enim qui Maſoretas Tybarenos in Paphlagonia, de quibus Mela, eſſe putant, cùm quæ de illis produnt veteres Hebræi, & Elias libro accentuum, Maſoreth & Tisbi, plane repugnent) ea inquam ætate non ſolùm voces variis ſonis diſtinxerunt: ſed etiam puncta Bibliis ad illam diverſitatem

Quo tempore puncta inventa Elias ſect. 2 l. accen.

tem

tem significandam annotarunt, ut etiam illi errent vel turpissimé, qui punctorum vocalium inventionem aut à monte Sinà, per Dei concessum & manus, aut ab Ezra concilioque ejus, per virorum synagogæ magnæ institutum, repetunt. Sed his prætermissis ad institutum redeo.

De א *prima Hebræorum vocali.*

Aleph ut vocale est, valet A Latinorum. Ne verò scriptura sit longior quàm venustas linguæ Hebraicæ postulet, sæpe quidem omitti solet. Verùm hoc ipso, quòd cæteræ vocales Vau & Jod non ascribuntur, facilè intelligitur desiderari, ut in פרשה paraśá, בקר baqár, אברהם Abraham.

Singula

Exceptiones tres.

Regula primò fallit cùm characteristicæ ad aliam notationem te remittunt, ut החלו hehellu. Vide secundam notam Rabbinicæ lectionis in libelli limine suprà, pag. 13.

Ex-

Exceptio ſecunda.

Ubi ſcheva initio ſit legendum.

Secundò cùm accreſcunt dictiones ſyllabis ſervilibus, præſertim ה fœminino, vel affixis, vel ſyllabis aut literis exeuntibus in mem vel nun, cuiuſmodi ſunt ון הן ין הם ים, &c. Tum enim fit deceſſio punctorum ſeu temporum, mutato puncto permutabili in initiis dictionum in ſchevá, uti docent יקרה *iekará*, פקדתן *pekadten*, דברים *devarim*, ספרים *Sepharim*, צדקה *tſedaká*. Quemadmodum apud Græcos auctis ſyllabis vides perſpicue decreſcere tempora, vocaléſque longas mutari in breves, cùm ex λέγω formas ἔλεγον. Niſi forte vicinitas accentus impediat, id eſt, niſi cum accentus eſt in penultima proxime ante Syllabicam adjectionem, vel affixum. De nativo loquimur, nam nullus in Scriptura Rabbinica figuratur. Tum autem antepenultima punctũ retinet invariatum. Exempla ſunt apud Hebræos quidem פָּקַדְתְּ *paqádta*, יָבוּנוּ *iauùnu*, apud Græcos verò ἐτυπτόμην, ἐτετύμμην. Et in aliis orationis partibus, פנימו *panémo*, כָּמוֹהוּ *camóhu*. Cæterum quibus in locis ſcheva in medio dictonis intelligi debeat, habes ex præce-

ceptionibus grammaticis, in quibus traditur motiones radicum in certis personis, & motiones nominum in quatuor mutationum causis; Syntaxi, Affixo, plurali numero, fœmineo genere, verti in scheva. Universim tamen mecum observare potes scheva semipunctum asse adinventum ut ministret motionibus, easque concitet, ne lentiùs & prolixius retineant lectionem, quàm jucunditas orationis exigit. Omnem enim gravitatem odiosam esse, nisi quidpiam levitatis immixtum habeat. Quare Hebræos majestatem suæ pronunciationis exhilarasse levitate hujus puncti, ut ita nunc vocem, rapidissimi, quo syllabas serviles suavius conjungerent cum radicalibus. Atque ita schevá plurimum veniet ante literas serviles, quæ quidem vocales ante se proxime expressas nusquam habent (quod dico propter דבריך *deuarécha* משליו *meshaláu* הפקידה *hiphkida*, & cætera ejusdem rationis, habentia jod ante hujsmodi serviles literas aut syllabas,) mobile, si ex analogia grammatica debere superscribi literam daghessatam, aut geminatam, aut præcedere motionem magnam intelligas, alioqui quiescens. Prioris exemplum sit דְּבָרְךָ *deuarechá* שִׁבְּרוּ *sibberu*,

Scheva ministrat motionibus. Elias Cant. 6.

Ubi scheva in medio dictionis intelligendum sit.

leru, בּוֹנֵנִי *boneni*. Posterioris פְּקַדְתֶּם, *pekadtem* דְּבַרְכֶם *debarkam*. Pauca affixa, quorum ratio ex grammatica peti potest, ab hac lege deflectunt דְּבָרוֹ *deuaro*, דְּבָרִי *deuari*, דְּבָרָם *deuaram*, דְּבָרָן *deuaran*, &c. Neutrum enim scheva ante se habent, ut quæ per se syllabam non efficiant.

Hæc de illo inserenda fuerunt, ut videres eas syllabas, quæ destituuntur vocalibus * fere intelligi habere aleph, exceptis locis in quibus proportio Hebraica postulat esse scheva. Quanquam ne tum quidem absurdum existimarim, si schevatæ literæ eodem sono, quo vocalis consequens, efferrentur, præsertim cum prolatio scheva mobilis olim illò declinaret sequentibus maxime gutturalibus, eóque modò hodie Judæi Germani pronuntient, & ubique nunc usus obtineat proferri per hiric sequente jod, si modò alio puncto quàm hiric ipsum jod afficiatur. Ex quo factum, ut pro Selomo, Solomon: pro Phelistim, Philistim: pro Jehudim, Juhudei, & contractim Judæi: pro Jehosua, Jehosue, & contractim Josué majores nostri verterint. Immò & Hebræi ipsi post Babylonicam captivitatem. Ideò enim Jo-

Hoc additum est propter nomina quinque aut sex punctorum de quibus infra.

Antiqua pronunciatio ipsius seva, inæqualis & varia.

Jehoſadac Haggei cap. 2. Joſadac ab Ezra nominatur cap. 2. Quanquam etiam ante captivitatem Jehoram alicubi per Synaereſim Joram appellatus invenitur. Elias veró cenſet non ſequentibus gutturalibus aut jod, flectendum eſſe ad pathah, quo poſito facillima eſſet commentariorum lectio, legeremus enim Syllabas fere omnes litera protractionis deſtitutas per A. Quis porro ſit uſus caeterorum ſchevaim, quæ videlicet dilatantur per motiones parvas, infrà docebo, σὺν θεῷ, ubi de notatione literarum gutturalium, propter quas illa adinventa ſunt, dicendum erit.

Tertia exceptio.

Fere, ſuprà hoc ſigno *addidi propter nomina quinque & ſex punctorum, de quibus poſtea. Item ob aliquot particulas inflexiles & propria quaedam nomina, quorum notatio ex ſcriptura, aut dictionario petenda eſt. Quod pertinet ad tertiam notam lectionis Rabbinicae, quam in libri Periocha dictavimus. Hanc difficultatem leviſſimus uſus nobis adimet. Sed ut redeam ad id, ex quo digreſſus ſum, Aleph ſonat A, maxime cum eſt radicale, ſicuti Elias ſcribit,

ut

Cantic. 3. ut קאם kam , Osee 10. צמא *tsamà*, & caetera huiusmodi demonstrant. Praeterquam in conjugationibus Quiescentium lamed , aliis à kal, in illis enim Aleph quiescere solet in tseri , exceptis primis vocibus conjugationum passivarum , ubi quiescit in camès more suo. Et in futuro quiescentium pe, ubi quiescit in holem. Sunt & paucae aliae exceptiones, maxime in nominibus lamed Aleph, ubi Aleph aliâs quiescit in tseri, aliâs in segol, &c. Nam hic ordo fere constat ex nominibus sex punctorum. Sed ea usus facile monstraverit. Nec tamen propterea illis locis desinet esse vocale, nisi quod suo nativo sono minime proferetur ex proprietate literarum quiescentium, uti apud Latinos v non desinit esse vocale in hac dictione *Secundum*, quamvis declinet ad sonum o. Quale *V* adulterinum appellari possit, quo epitheto Nigidius Figulus afficit N ante literas g. &. c. ut in *Anguis*, *Ancora*, *Increpat*, *Incurrit*. In omnibus enim his (inquit) non verum N , sed adulterinum ponitur, quia dum pronuntiatur, lingua palatum non tangit.

Ubi aleph radicale non sonet A.

Elias Elem. 5. orat. 4.

De

De ו altera vocali

Vau valet v & o, adeo ut, etiam cum hatéph caméts aut kibbus movere debent consonantes, ad lectionem ostendendam passim exprimatur, סולם *sullám*, הוסלך *buslác*, חורבן *borbán*, קורבן *korban*. מעומדת *mahomedeth*. Cum vero hólem vel surec, semper, nisi quod in vulgatis & tritis dictionibus (de quarum notatione nemo nisi plane rudis linguæ sanctæ aut vocabulorum artis, quam tractat Rabbinus, dubitare potest) hólem non est semper plenum. Quæ qui non advertunt, plerunque cæcutiunt in Hebræorum monumentis, ut videre est in trito illo Grammaticorum vocabulo מוכרת, cum illud his motionibus signant מוּכֶּרֶת *Mucbereth*. In eo enim Vau tantum expressum est ad ostendendam lectionem, ac propterea sic notandum sit מֻכְרַת *Muchrath*, à radice כרם uti suo loco inter docendum annotavit Joannes Mercerus, Regius linguæ sanctæ Professor, vir certe cujus diligentiam & meritum in linguam istam futura tempora nusquam non loquentur. Unde hic non habet locum observatio Eliæ.

Hieron. initio comment. in Abdiam.

Elias tab. 1 orat. 2. Masor. In ſcriptura (inquit) hólem ſæpe eſt deficiens, & ſi enim nomina plerumque ſint plena, verba tamen fere ſunt manca in vau radicali, ut quieſcentia Ain. Nam Rabbini illud perpetuo interjiciunt. Sed quibus in locis legam Vav per o, quibus per u? Facile reſponderi poteſt, Vau valere o in primis ſyllabis, cum præſertim pauciſſima ſint nomina quæ habeant ſuréc in Pé. ſintque omnia formæ פועל *póal*. Verba vero nulla præter hophal quieſcentium pe Jod, quieſcentium ain Vau, & duplicatorum, quorum notationem tenere debes. Neque enim hîc doceo Grammaticen, ſed Alphabetum Rabbinicum & canones lectionis ſine punctis. Deinde hoc pertinet ad ſecundam Rabbinicæ lectionis, id eſt, Characteriſticarum, rationem. Eadem ratio, ſi medium dictionis occupet, ut תחבושת *tabbóſeth*, משקולת *miskólcth*, מסורת *maſoreth*.

Elias orat. 3. elem. 5 li. bahur. Vau in primoribus ſyllabis ſonat O.

Vau in medio ſonat O.

Vau ſub finem ſonat V certis informis. Sub finem vero, etſi certa regula vix dari poſſit, tamen ſi tau heemanticum capiti nominis adhæreſcat, pronuntiabitur per u, veluti תמרוק תמרור תענוג *tamrúq. tamrùr, taanúg*, Aut mem, quod ſolum fit in Miſna Talmudiſtarum, ut מלקות *malquth*, à radice

radice לקח. Item cum tau index videlicet fœminei generis calci affigitur, ut in nominibus, quæ inter accidentia recenset Elias מלכות גבהות מרדות לבנות *labnúth*, *mardúth*, *gabhúth*, *malcúth*, ubi fortasse legi posset מְלָכוֹת *melacoth*, *&c.* forma plurali fœminea. Sed utrum dicere debeas, facile deprehendis ex subjuncto verbo, adiectivo vel affixo. Totidem enim modis ambiguitates quæ occurrere solent, apud Rabb. innotescunt. In aliis formis hic sonat, O. Nam non comprehendo iis regulis formas nominum paulo rariores, quales sunt פִּיּוּל *piul* פְּעוּל *peul* פֵּעוּל *peul* פָּעוּל *paul*. Harum enim notationem usus & lexicon suppeditabit, quæ tamen indifferenter per holem enuntiari possunt. Nam reperias צְלוֹת *tseloth*, & צְלוּת *tseluth*. Nisi quod forma פְּעוּל seu פיעול frequentissime reperitur apud Rabbinos, ut jod indicet lectionem cum verbalia substantiva deducunt à verbis alioqui inusitata in contextu. Cui cum non attenderet Munsterus, suum compẽdium Grammatices non satis recte inscripsit קִיצוֹר *kitsor* pro קִיצּוּר *kitsur*, formæ פיעור *pihur* שִׁלּוּם *Sillum*, &c. Excipe etiam Peulim conjugationum kal, quæ, ut scis, efferuntur per *u*. Item & tria postrema tem-

Eliaslem. 7. orat. 4. Bahur. Intract. specierum specie 7. Regula.

Elias ō rat. 3. ele. 1. & orat. 1. ele. 3.

Forma פיעול *usitata apud Rabbinos.*

pora quiescentium ain Vau, quæ tamen citra discrimen efferri possunt per o.

At in fine dum Syllabam claudit studiose expendi debet, ne verba cum nominibus & e converso uspiam confundas. Scito igitur Vau, ut est ultima totius vocabuli litera, aliquando esse affixum masculinum singulare tertiæ personæ, ac tum efferri per o, ut דברו *devaro*, פקדו *peqado* : modo non veniat post he aut jod, tum enim post illud quidem sonat u סדהו *sadéhu* , פקדהו *peqadáhu* , post hoc vero coalescit tanquam vocalis in diphthongo : ut enim in scriptura post ָ ַ ֵ & utrumque hiric, ו postposita diphthongum conflat: ita apud Rabbinos ex י præposita (scripturam enim punctis, ָ ַ ֵ & ֵ ingredi nequeunt) & ו consequenti totidem diphthongi conficiuntur. Alioqui enim nullum diphthongi seu coalescentium vocalium vestigium appareret, ut כסליו *kislef*, זיו *zif*, דבריו *devarau*, תיו *tau*, ויו *vaf*, quæ adiectis punctis scribuntur absque י, תָו Ezech. 9. וָו, Exod 38. Præterea affixum נו *nú* per u pronunciari debet.

Vau finale quo sono pronuntietur.

Hoc pertinet ad notitiam nostram, de qua in Periocha. Eo enim perpetuo spectandum.

Aliquando esse indicem & formatiuum personarum & numerorum in verbis, atque ita sibilare u sicuti in שמרו

פקח, יפקדו, *ſameru*, *pakedu*, *jiphkedu*. Eſt autem hujus cum ſuperiore facilis diſtinctio. Quoniam hoc (etſi affixum eſſe fortaſſe poſſet, ſi nimirum legeres *pekado*, *iiphkedo*) formativum perſonæ haberi debet: quia verba apud Rabbinos, aut nunquam aut rariſſime hujuſmodi affixa ſuſcipiunt. Tum enim utuntur affixis peculiaribus verborum, qualia ſunt ני הו נו ה & נה *Ni*, *hu*, *Nu*, *ha*, & *Na*, aut pronominibus ſeparatis. Sibilat quoque in fine nominum Chaldaicorum, ex quibus ablatum eſt tau Heemanticum, veluti, קענו צדו מלכו *malcu*, *tſadu*, *tahanu*. Quæ omnia ex filo orationis leviſſimo negotio dignoſcentur. Regula.

De Jod poſtrema vocali.

Jod valet i, & e, unde nonnunquam pro ſcheva mobili, & hateph ſegol, nedum pro ſegol & tſeri ſcribi ſolet, & maxime in ambiguis, ut אֶשַׁנֵּי (Sic enim punctandum, non אֵשַׁנֵּי per tſeri, cum Judæorum vulgo) *Eſanne*, & crebris aliis paſſim apud Chaldæos paraphraſtas. Nam nimis licenter Tremellius & nonnulli allii ſubtrahunt jod, leguntque forma Danielis אֲשַׁנֵּי *Aſanne*.

Ad hunc modum פִּירוֹת *peroth*: passim apud Rabbinos interiecto י, ne quis legat פרות *Paroth*, id est, vaccas. Sic ad designandam lectionem Psal. 18. in Targhum אֵירָא *avera*, & Joel 2. מַלְפִּיכוֹן *malpecon*, etsi nonnulli nostrorum Judaizãtes aliter per tseri, Hebraico sensu reclamante, legant, ut sit pluralis numeri, sicque Prophetæ vaticinium ad Messiam non pertineat, verum ad omnes doctores universe. Sedne in reliquis fallaris ubi jod pro scheva minime ponitur, hanc teneto regulam.

Cant. 5. & enarratione 6. primarum Tab. Maso.

Jod in medio dictionum indicat ipsum tséri, authore Elia, præsertim quando est radicale vel indicat plurale. Exempla sunt, quæ citat in verbis quidem היטיב *hetib* à יטב, אילכה *elechá* à ילך. In nominibus vero בית ה׳ *beth adonai*, עין ה׳ *hen adonai*, צידה *tseda*, שיבה *sebá*, in aliis orationis partibus דבריכם *dibrechem*, אין *en*, איך *ech*, &c. Quod non nisi in quiescentibus Ain Vau contingere solet. Rarius adjicitur ad indicandam lectionem, ut רבינו *rabbenu*, pro רַבֵּנוּ. Itaque alibi litera potius protractionis erit stridens i. In fine verò si sit terminatio pluralis numeri συντακτική, ut דברי י׳י *diuré adonai*, sonabit e. Dignoscitur autem

Jod radicale in medio sonat e, alias i.

Jod finale sonat i, nisi sit index forma pluralis syntactica

hujus-

hujuſmodi vox ſyntactica ex ſubjuncto ה hajediá, indice genitivi caſus, vel nomine proprio. Adjectivum enim non afficitur ה hajediá, niſi eodem ſimiliter afficiatur ſubſtantivum proxime præcedens, & contrà: ac duorum ſubſtantivorum ad diverſa pertinentium prius illud ה minime recipit, ſed poſterius. Recte enim dicitur דבר הכוכב *deuár haccocab*, cætera vitioſe. Alioqui autem Jod ſive obeat vicem tertiæ radicalis, ſive ſit affixum primæ perſonæ, ſive quid aliud, pronunciabitur per *i*, ut עני, דברי, פקדני, *hani*, *devari*, *peqadáni*.

Appendix.

Vocales iſtæ interim ſæpe fiunt conſonantes, cum recte feriuntur punctis, ut apud Latinos v & i ſequente altera vocali. Sed tum (excepto Aleph) geminari ſolent מטווה pro מַטְוֶה, *matve*, עייל pro עַיִל *Aiial*. Niſi in vocabulis uſitatis. Sic initiis dictionum cum ו radicale eſt, ut annotat Elias, diſcriminis cauſa ווַתיק *vatik*, ווי *vai*. Sic enim diſtinguitur ab iis, quæ incipiunt à Vau copula. Ex quo fit ut in ſcriptis Talmudicis & in Targhumin Jonathæ, Onkeli, R. Joſeph cæci, A-

Jod & Vau mobilia bis ſcribuntur.

kibæ, & interdum in reliquis Hebræorum libris nomen plurale compositum cum pronomine inseparato Jod scribatur per geminum Jod, hoc modo דבריי *devarai*, ut declaretur esse mobile. Atque tum perspicue differt à suo singulari דברי *devari*. Idem contingit cum aliis affixis, ut in Malachia Kimhiano אגורייהו *Aagureieho*. Quanquam non raro scriptio sit per אי, א significante Jod esse mobile מסלאי *mesalai*, sic ואי *vai*. Eadem ratio in ו postpositivo: sæpe enim reperias ואו *vau*, רמיאו *remiu* dissyllábως. Quod non solum ad authoris mentem facit, sed etiam ad pronuntiationem literarum ב״ג ד, כפ״ת quas tum duriter efferendas esse intelligimus, cùm præcedentes literæ יה״ו״א sunt consonantes, tanquam præditæ Mappic, vel in pausa, ut omittam ceteras causas, quæ derogant literis יה״ו״א, & de quibus minus laborant Rabbini. Neque enim magnopere in his laborandum est, cum recens sit inventum, atque adeo veteribus incognitum, ut D. Hieronymus affirmet Hebræos nullam habuisse literam, quæ nostro P Latino respondeat. Certe significans nullum fuisse discrimen inter literas ב״ג״ד כ״פ״ת raphatas & daghessatas, aut potius nullam

In 11. cap. Dan. & in 2. cap. Esaia

nullam fuiſſe habitam rationem daghes lenis, ut mirer ingenia noſtræ ætatis, quæ tam religioſe corrigunt veterem pronuntiationem, Pharaonis, Pharisæorum, Philiſtim, Chanaan, Cherubim, Chidon, ac dicunt Parao, Pariſæus, Peliſtim, Kanaan, Kerubim, Kidon, &c. contra veterum Hebræorum ſententiam, qui, ut modo docui, aſpirabant literas begad kephath, & pronunciabant, ut ſuprà attigimus, ſcheva ſono vocalis ſubſequentis. Hoc enim utrumque perſpici poteſt ex vocabulo ἐφφαθά Marc. 7. quod hodie diceretur אֶפְּתַח eppete, pro ephphatha. Nam pé Hebræorum & Syrorum planè τὸ φ Græcorum referebat, ut nunc pé Arabum & Iſmaëlitarum, quod propterea pé raphé à Kimhio in Michlol & pleriſque aliis appellatur, & olim Perſarum, qui in occidentales partes navibus tranſvecti Pharuſios defectu literæ P (teſte Plinio) de ſe nominarunt. Qui etiam mos videtur antiquis Latinis celebratus, dum pleiunque τῷ π Græco aſpirationem adiunxerunt. Hinc enim in Lucano Enipheus pro Enipeo ſcribitur, in aliis Trophæum pro tropæo, Riphæi pro Ripæis, & in Evangelio Latino Caïphas, pro Caiapás.

De punctis peculiaribus literarum כ״ח״ם

He in fine valet A. Trium istarum literarum notationem statim post vocales explicemus, quoniam etsi vocales non sunt, tamen tantam cognationem cum illis habent, ut eas nonnulli numero vocalium posuerint, si Sancti Pagnino credimus. He etsi non sit vocalis, tamen in fi ne valet A. sive sit paragogica sive symbolica fœminini generis, unde apud Chaldeos permutari solet in א, nisi alterum א præcesserit. Sunt tamen pauca ex nominibus quiescentibus lamed he, quæ cum habeant he radicale expressum, illud habent quiescens in segol, aut tseri, præsertim in regimine. Cujusmodi sunt fere dissyllaba, ut quæ ad sui formationem nullam asciscunt ex literis Hæemanti, ut שדה *sadé* חוזה *hozé*, & similia.

ח״ע *τῶν peculiaris vox A.* Ain quoque & heth gaudent voce A. Quare efficitur, ut fere intelligantur habere ָ, vel ַ, vel ֲ etsi alioqui proportio Hebraïca postularet alias motiones, ut נהר *nahar*, ישמע *iishmaà*, שולחן *shulhhàn*, ישלח *iislàh*. Unde & in fine

Sanct. n. Heb. lib. 1 c. 14. dictionis post quatuor motiones magnas habent sub se páthah, quod Hebræi

brææi

bræi páthah Ghenuvá appellant, pronunciántque poſt ſuam illam motionem.

De literis אחהע.

Literæ gutturales ſignificanter vocantur ab Elia מְקַבְּלִים Rationem enim *Cantic. 9* notationis, & regularum vulgatam analogiam turbant ac evertunt. Nam ubi litera præcipue ſervilis præfixa per hiric vel Segol ſcribi debuerat, ſubſequente gutturali magna ex parte ſcheva *Quibus in locis hateph ſegol legi debet.* dilatabitur per ſégol, ut הֶאֱכִיל *heechil* pro הִאְכִיל *hichil*, אֶעֱבוֹר *eebod*, rarius per pathah, & id quando ע prima eſt radicis, ut יַעֲשֶׂה *Iaaſe* pro יַעְשֶׂה *Iiſe*, ubi vero per páthah, dilatabitur & per páthah *Quibus hateph pathah.* מַאֲכִיל *maachil* pro מַאְכִיל *machil*. Denique ubi per kibbúts vel kaméts hatuph, dilatabitur ſcheva, ſub ſequente gutturali per kaméts hatuph מָאֳכָל *maochal* pro מָאְכָל *mochal*. Seruilis autem *Quibus hateph camets.* præcedens in omnibus iſtis vendicabit ſibi motionem cognatam puncto gutturalis, cui præfigitur juxta regulam. Gutturalis notat ſe & præcedentem, niſi quod ſervilis præcedens affecta caméts hatuph videtur notari per caméts motionem longam. Per A enim mo-

moveri solet ac produci, quia accentu Metheg producitur. In nominibus exempla sunt בְּהֵֽמַת behemath pro בְּהְמַת bihmath, שַׁאֲנָן Saanan pro שְׁאנָן Sanan, אֳהָלוֹ Aholo pro אָהְלוֹ, Ohlo, &c. Quod si contingat ut propter affixum vel aliam syllabicam adjectionem simplex scheva veniat post hujusmodi puncta rapta, ex eis pro arbitratu alteram compositionis partem elides, ne duo schevaïm legas. Nam pro תֶּחֶטְאוּ & תֶּחְטְאוּ tehteu & תֶּחֶטאוּ tehetu, dici potest. Sic pro נַעֲרֵךְ naharecha dicitur נַעְרֵךְ nagrecha, & נַעַרְךָ nagharca. Antequam autem finem literarum tractationi imponam, lubet prius explicare rationem, quam Judæi, Germani potissimum, in scribendis vernaculis usurpant, quáque in Josepho Germanico & similibus usi sunt. Eo enim pacto plurima, quæ ad cognitionem scripturæ & lectionis Rabbinicæ faciunt, innotescent. ה pro a vocali sumunt. פ cum raphe pro f, Vau pro u vocali & etiam pro f consonante, maxime in principio dictonis. Geminatum Vau pro w. Jod pro i vocali, & aliquando etiam pro e, tùmque plurimum præcedenti literæ subscribunt .., ut ריִדן reden, &c. Ain pro e vocali, unde מעסט meset in Elia,

quod

quod fortaſſe Cheradamum induxit, ut ſcriberet, Hebræos in lectione ſine punctis uſurpaſſe Ain pro e, Tſadi pro z, Zain pro *s* leni, Samec pro ſ acuto, קס pro x. Geminant Pé pro pf. Non utuntur literis Heth & Tau. Ac ſane Elias in Tisbi Germanos non pronunciare ח ſed exempli cauſa מֵיקָן *mekau* pro מחקן *mehkan* dicere, author eſt. Cætera communia ſunt. Characteres parum admodum à maiuſculis differunt. *In* ultima ſyllaba dictionis raro vocalem interiiciunt, כﭏטר *vatter*, non כﭏטער, quod ſæpe fit in monoſyllabis, דש *das*. dem nonnunquam in principio, פרנקיסקוש *Franciſcus*, & medio, רוברטוס *Robertus*. Denique eam, ubi facilis eſt intellectu, ſupprimunt. Ad finem ornatus cauſa ſæpe ﭏ & י adjiciunt, quæ alioqui redundant, ut לוכﭏ *lob*. Obſervaui præterea Rabbinos, ut ambiguitatem τοῦ Jod adimant, ipſi addere ﭏ. Ita enim intelligitur non per i pronunciandum, ut קמפניﭏ *campanie*. Quod ſubinde experieris in lectitandis Hebræogallicis R. Selomonis. Unde & in Kimhio & aliis Rabb. paſſim occurrit כיﭏך *hec*. i. quomodo, pro הֵיךְ ſeu Hebraico איך Nam qui legunt הֵיאַךְ *heac*, non ad hanc obſervationem ſatis attendunt.

ﭏ & י ſæpe ſuperflua

dunt. Ad eandem rem in nominibus barbaris & vernaculis י geminari ſolet, ut apud R. Selomon cap. 2. Amos, קייסנס *cheſnes*, id eſt, quercus: apud eundem פסמייר *paſmer*, Gallice. Ibidem R. Da. Kimhi lingua Hiſpanica קסטנײרס *caſtanërs*, id eſt, caſtaneæ. Eadem vis geminati י in hac voce paſſim obvia קוייסטור *quæſtor*. Latina enim eſt, & perperam Munſteri & reliquorum punctis corrupta. Niſi quòd interdum prius eſt conſonans, ut apud R. Selomonem Pſ. 16. 4. לרייס *larges*, *lati*. Eſt etiam aliud, cuius te monitum velim. Scheva ſcilicet in nominibus peregrinis quæque jam pro Chaldaicis, Talmudicis, & Rabbinicis uſu recepta ſunt, pertinere ad ſequentem ſæpiſſime, פרומביא *frombiá*. i. frænum פרלופוס πρόσωπον: & in nominibus propriis פטולומיוס *Ptolomæus*. Hoc dicto propter lexica Chaldaica & Rabbinica, & eos qui puncta ad Hebræorum libros adhibent. Satius enim erat vocabula huiuſmodi, quæ ita in Judæorum linguam admiſſa ſunt, ex vocalibus quàm punctis legere. Tum enim ſignificatio ſtatim ſe prodit, vocabulum, Latinum, Italicum, Gallicum, adjectu punctorum non obſcurum redditur,

ditur, non novum, non prodigiosum, ut ad illa explicanda nullum lexicon satis esse possit: quæ alioqui si ex vocalibus legantur nullo opus habent. Hæc enim ex linguis vernaculis fere desumpta sunt, scribente Elia in Methurgheman, quod & repetit in Tisbi, Targum Jerosolymitanam infinitis locis consentire cum lingua Romana & Italica. Sed jam ad secundam institutionis hujus partem, quæ in characteristicis verborum verbaliúmque posita est, transeamus.

In præfatione.

In rad. כיפא

De Verbis.

Secunda nota lectionis Rabbinicæ est in characteristicis verborum & verbalium. De iis ergo aliquid notemus. Verba ex characteristicis nedum syntaxi facile discernuntur, præterquam in coniugationibus daghessatis. Quare uti nomina, quæ per hiric leguntur, sic verba conjugationis Piel habent jod insertum, quasi resoluta motione parva hiric & daghes in jod, in hunc modum פיקד *piqqed*, פירס *perás*, ut in nominibus עילג *hilleg*, ריבון *ribbon*. Similiter in pual & hophal interjicitur

Secunda libri pars

Vau,

Vau, per quod à ſuis activis diſtinguantur, פוקד *puqqad*, הוגדל *hogdal.* Conjugatio hitpael propter ſyllabam הת, quam geſtat in capite, facile agnoſcitur, etiam ſi ה cadat propter concurſum alterius ſervilis. Nam ad oſtendendam conjugationem poſt literas æthan & mem participii ת remanet. Eadem ratio cum geſtas נת. Nam hac etiam ſyllaba Rabbini formant aut ſaltem componunt hitpael, ut נתנבא *nithnabbé*, נתקשר *nithkaſſar*, quale bis reperitur in Scriptura. Ezech. 23. & Prov. 27. נשתוה *Niſtavà.* Habent & aliud hitpael compoſitum ex quadrata conjugatione, ut הסתותק *hiſtothek* pro הסתתק *hiſtateck.* Habent etiam aliam rationem compoſitionis ex duobus ordinibus, ut נזולו *nitſolu*, pro נזללו *nitſelu.* Totidem enim modis compoſitio fit.

נת format hithpael Rabbinicum.

Inf. pé Aleph & pé Jod Rabbinicus,

In quieſcentibus pe Aleph infinitivos formant per metatheſin, trajectis vocalibus. Siquidem pro לאכול *leechol*, dicunt לוכאל, *lochal*, & brevius לוכל, *lochal*, pro לאמור, *lemor*, לומר *lomar* forma planè nova, quaſi à יומר *jamár*, cum Hebraïce dicendum foret לאמור *lemor*, Chaldaïce למימאר ſeu למאמר *lememar*, interpoſito Mem inter literas *Biclam*, & radicalium primam. Thalmudice לימר

le-

lemàr & per apocopen למא *lema*. Simili forma reperies in R. Selomo, & Talmud, לוכח *locháh*, ad arguendum, à יכח. *jachah*. Quod depromptum est ex usu linguæ Chaldaïcæ, quæ quiescentia pe jod, & pe א confundit. Quare ut Jod in imperativo cadit, ita & interdum א Unde זיל *zil*, abi, ab אזל *azal*: ut דע *da*, scito, à ידע *Jada*: immo & interdum tota syllaba הו *ho*, formativa hiphil quiescentium pe, צא *tse* pro הוצא *hotse*, aufer, educ.

Infinitivis quiescentium Lamed א addunt literam ת, quod interdum fit in contextu, לְמְצֹאת *limtsoth*, propter eam cognationem, quæ est inter hunc ordinem & quiescentium Lamed ה, ob similem istarum literarum prolationem, & absque punctis למלאות *limloth*, להבואת *lehaboth*, pro לְהָבִא *lehabe*. Item absque א, לקרות *likroth*. Tumque in cunctis conjug. quiescit in Vau holem expresso.

Inf. Lamed א Rabbin.

Qua abusi, sequentibus literis הוי plerumque extrudunt א, ac si radix esset de quiescent. Lamed ה, מוצה מוצים מצו, *matsu, motsim, motsa*, & in Paul סנוי *sanui*, מצוי *matsui*. In præterito מצינו *matsinu*, ut גָּלִינוּ *Galinu*. Pari ausu tertiam fœmineam singul. præteriti claudunt

א sequentibus literis הוי abjicitur

C per

per, ת, בַּת *bath*, מְצָאת *metsath*, prorsus ut בְּנָת *benath* גְּלָת *ghelat*, tertia fœmin. singul. præteriti Chaldaici de quiescent. Lamed ה. Quanquam. Hebraica analogia lego גְּלַת קְרָאת מְצָאת *matsath*, *karath*, *Galath*, pro מְצָאָה *matsea*, קְרָאָה *kareà*, גְּלָתָה *Galetha*. Contra quiescentia Lamed ה, convertunt in Lamed א, & maxime cum affixis, ut עשאה *asaáh*, fecit eam, ne dicentes עשה *asah*, confunderent cum עשה *Asá*, fecit. Sic in reliquis vocibus עשאוה *asahuha* pro עשוה *asuha*. & in verbalibus הכאה *haccaa*, plaga à נכה *nacha*, הוראה *horaa*, significatio, a ירה *iara*, הרשאה *harshaa* potestas, à רשה *rasha*, משתא *mista* convivium, unde plurale משתאות *mistaoth* a שתה *satha*. Hoc enim habent à Chaldæis, ut confundant quiescentia Lamed א. & ה.

3. Fœm. prate. desinit in ת.

In verbis quæ incipiunt à zain vel tsadé, tota conjugatione Hitpaël, Tau symbolum conjugat. commiscetur primæ & secundæ radicalibus, ne illud esse de radice seu corpore dictionis existimes. Nam & istud usu venit in contextu Biblico, siquidem prima radicis fuerit una ex literis ס"ש"ט"ץ ad Euphoniam ne duo sibili sese proxime excipiant: nisi quod in ס"ט retinetur invariatum, post

ז *&* ט *in quibusdam locis non sunt de radice.*

post זי mutatur, post illud quidem in ט, post zain vero in ד, sed apud Rabbinos & Chaldæos tantum ob illam affinitatem; תמר ut pote literas ejusdem organi, seu (ut Hebræus dicit) מוצא אחד Exemplo sunt הצטדק *histaddek* pro התצדק *bithsaddek* & הזדמן *bizdammen*, pro התזמן *bithzammen*, a radicibus צדק זמן *tsadak*, *zaman*.

Rabbini verbum, quod usu Scripturæ est intransitivum in Hiphil, transitive plerumque usurpant subjuncto את vel pronomine passivo, ut הקיץ *bekits*, surrexit, & Rabbinice הקיצו *hakitsó*, excitavit eum, &c. Hinc illud cujusdam, הקיצוני רעיוני *hakitsuni raaionai*, *excitaverunt me cogitationes meæ*. Atque hoc probat R. David in Michlol, contra dogma Patris sui R. Joseph; præsertim cum etiam in Scriptura, transitiva & intransitiva in eadem conjugatione nonnunquam reperire liceat. Hinc etiam verbis Kal utroque modo utuntur, פסק *pasak*, *cessavit*, & *cessare fecit*, unde פוסק *posek*, *arbiter*, qui litem dirimit, חזר *hazar*, *rediit* & *restituit*, quod in aliis conjugationibus locum habere possit, & quidem in hithpaël, quæ proprie est reciproca, ut apud R. Isaac Arama in Genesi נתנבא ילדותך *nithnabbe jaldutechà*,

Intransitiva transitive sumi.

prophetata est nativitas tua, cum tamen transitive hoc verbum sumi soleat.

El. in tract. spec 3. & Bahur orat 2. de reg.

Non tantum una reperta persona integram conjugationem activam & passivam ipsi respondentem formant, ut vulgatus est canon המדקדקים *hamdakdekim*, verumetiam reliquas, ut הכריף, *hecheriph*, cujus radicis usus extra eos nusquam est in hiphil & hophal, sed tantum in kal & piel.

Synæresis.

Per synæresin sæpe contrahunt dictiones, ubi adest litera י'ה'ו'א, ut יהו *Jehu* pro יִהְיוּ *Jihiu*, יהא & יהי *Jehé* pro יִהְיֶה *Jibie*, ut Chaldaice תֶּהוֹן *tehon*, pro תֶּהֱוְון *tehevon*. Qua norma passim in Talmud א absorbetur in medio, quod imitatus R. Selomó sæpe usurpat אתמר *ittamer*, loco אתאמר *Ithamer*. Et per syncopen Nun ut אִתַּצַּל *ittatsal* pro אִתְנַצַּל *ithnatsal*, & per Aphæresim צג *tsag* pro יצג *iatsag*, statuit, in Breviario Heb. de benedictione nuptiarum.

Permutatio literarum.

Literas אחע"ס sæpe inter se permutant, seorsum א in ע & contra, ut כעור *cahur*, & כאור *caur*, turpis, ערע *hara*, ארע *araa*, & ערא *æara*, accidit, עיכל *hikkel*, & איכל *ikkel*, digessit, ח in ע, ut עג *gaag*, circinnavit, idem quod Hebræum חג *hag*. ח in א חֵפֶץ *hephets* & אֵפֶץ *ephets*, א in ה כסא *kissé*, & כסה *kisséh*,

kisséh, in ſecunda lectione 14. cap. Oſee in Rab. Selomò. Item & literas quæ ſunt ejuſdem inſtrumenti, unde quod Hebraice עקב *aakab*, ſupplantavit, Rabbinus ait עקף *aakaph* מ & נ confundunt אותן *othan*, eos, & אותם *otham*, שמרתן *shemarten*, & שמרתם *shemartem*, pro eodem, זוכרין *zocherin*, & זוכרים *zocherim*. Sic in Eſaia cap. 19. Memphis appellatur נוף *Noph*. In Oſea vero 9. מוף *Moph*.

Tanta licentia literas יהוא inter ſe commutant, ut interdum ו quieſcentium Ain, in ה vertant: hinc מהל *mahal* pro מול *mol*, circumcidit, benoni מוהל *mohel* : & verbale מהולה *mehula*, circuncisio. Quamquam Elias in eo putet ה injectum per pleonaſmum, & contrà ה vel א in Vau, vel Jod. Nam à נאם *naam*, dixit, reperio נם *nam*, à שאל *Shaal*, interrogavit, שיל *Shaial*. Sic in nominibus שיירי *Seierè*, pro שארי *Saarè*, reliquiæ. A תם *tam*, completus eſt, in hiphil להתים *lehathim*, ad complendum, in Rab. Jacob, à תוה *tava*, תהה *taha*, miratus eſt. Cui affine eſt התויך *hithuich*, mediavit, à תוך *tavech*. Quam commutationem in aliis literis interdum obſervant, עלע *alaa*, pro בלע *balaa*, ſorpſit, להג *lahag*, pro הגה *haga*, lo-

א ה ו י

In Tisbi.

quutus est, כבכ *bahab*, pro לכב *lahab*, inflammavit, præsertim quando inter illas est affinitas prolationis. Itaque utuntur (ait R. Mose Lev. 23.) Sapientes caph, & koph, indifferenter עכב & עקב *acab*, retardavit, כַּסַט & קַסַט *casat*, ornavit.

Verborum etiam ordines nōn raro confundunt. Exemplum fit זכה *zacha*, vice זכך *zachach*, dignus est, meruit. עף, *aaph*, volavit à quo verbale עפיפע *aaphipha*, volatus, pe duplic. In Niphal q. Ain & duplicantium loco נידו *nadon*, exempli causa, dicunt נידון *niddon*, pro נָדַך *nadach*, נידך *niddach*, versa scilicet motione magna in parvam & daghes. Quod & alibi more Chaldæorum sæpe faciunt: apud quos verba, quæ suapte natura quiescentia sunt, fere fiunt defectiva, id est, suam imperfectionem supplent per daghes: quod quidem in his duobus ordinibus defectum, non præcedentis, sed sequentis literæ præter Hebræorum leges indicat.

Motio parva & daghes pro magna

Formam quadratam tam in piel, quàm hithpaël passim imperfectis usurpant, סוֹבֵר *sober* tulit, הִשְׁתּוֹתֵק *histotck* conticuit.

Verba quadrata.

Benoni m.

Commixto præterito & participio lego in

in tractatu , כנא כתא, citante Rab. Isaac: rursum vidimus דחזו מְנַסְּרִי כשורי מנריס *quod serrabant trabes ex osse ejus*. De ceto loquitur: ubi si in meo codice nullum sit mendum מנסרו, *menasseru*, positum est pro מְנַסְּרִים *menasserim vel* מְנַסְּרֵי *menassere*.

Similia multa participia cum præteritis composita occurrunt, ut מינצו, *minnatsu*, pro מתנצים, *mithnatsim*, capientes, aucupantes. Apud Talmudicos enim Vau ponitur sæpe in pluralibus Participiorum, maxime quiescentium lamed, קרו *karó*, vocantes, מנצו *menatso*, rixantes: quod videri possit factum à participio & affixo, ut אתון מתניתו *attun mathnithu*, vos docetis, corrupte pro מתנין אתון *mathnin attun*. Sic מתנינן *mathninan*, nos docemus, pro מתנין אנן *mathnin anan*.

Usurpant fœmineum benoni Niphal pro nomine substantivo, ut נִבְרֶכֶת piscina, quod citat Kimhi ex Misna in rad. עכר.

Participia masculina componunt cum pronominibus, ut vim præsentis temporis habent, contra linguæ Hebraicæ rationem, מְקֻבְּלַנִי *mekubbalani*, per manus accipio ego, pro מְקֻבָּל אני *mekubbalani*, sæpe apud Talmudicos & E- *Part. masc. componuntur cum affixis &c.*

 liam

liam in Maſ. Ham. Sic in R. Moſe Kotſis אמרינן *amerinan*, dicimus nos, גרסינן *gareſinan*, legimus nos, תנינן *taninan*, diſcimus nos, אמינא *amèna*, dico ego, פוקדני *pokedani*, viſito ego, non autem viſitans me, uti poſcebat ratio Hebraica. Qualia quinque extare in Scriptura multi putant משתחויתם *miſthahavitem*. Ezech. 8. יולדת *joladath* Jud. 13. & tria alia ejuſdem formæ Jerem. 22.

Peulim. Peulim loco benoniim כפוי *caphui* pro כופה *cophe*, ſupprimens, diſſimulans, נשוי *naſui* pro נושה *noſe*, qui uxorem duxit, רכוב *rachub* pro רוכב *rocheb*, equitans, סבור *ſabur*, pro סובר *ſaber*, cogitans. Vide Eliam in Tisbi, radice נשה, R. Abraham in Tſahoth pag. 167. fac. 2.

A verbis neutris kal derivant Peulim, à סרה *ſara* manſit, סרוי *ſarui*, collocatus, ut ſignificationem ducat à Piel vel hiphil.

Infinitivi Talmudici formam illam infinitivi uſurpant, quæ more Hebraico formatur ſubjecto י per paragogen hoc modo, פקודי *pecodè*, לפקודי *liphhkodè*, & in niphal איפקודי *ippekode*. Reperio etiam abſque Jod in comment. Kimhi in Sophoniam איכסוף *ikkeſoph*. Sic in

in quadam prece Erubim i. Paraſcevæ liceat nobis לְטַלְטוּלֵי לְאַפּוּקֵי וּלְעַיּוּלֵי *movere, educere, introducere.*

Ex illa cognatione ſignificationis, quæ eſt inter niphal & hitphael, jungunt affixa, cum infinitivo hithpaël, ut Scriptura cum infinitivo niphal. Exemplum reperi 7. cap. Phyſ. Rab. Tybbon לִהִתְרַחְקוֹ *lebithrahako, ob intervallum ejus.* Et certè lego veteres Hebræos duas has conjugationes pro una eadèmque habuiſſe, quod illud Rab. Selomonis Geneſ. 24. ſatis arguit. יִתְחַכֵּם inquit לשון ותתפעל כמו יִתְקַבֵּר יִתְשַׁבֵּר. Unde fortaſſe tracta eſt harum commiſcendarum ratio, נתקדש ſuprà.

ל infinitivi defectivorum & quieſcentium pe Jod enunciant per Jod, non autem ִ, id eſt, per hiric parvum & daghes, hac ſpecie, ליקח *likkàb*, pro לָקַחַת *lakabath*, ליתן *littàn*, pro לָתֵת, *latheth*, ליפול *lippol*, pro לִפֹּלֶת *læpheleth*, aut potiùs perfectè לִנְפּוֹל *linpol.* Et in quieſcentibus ליסן *liſſán*, ליבוש *libbos.* Non multum diſſimili regula contractim dicunt ליפקד *lippaked*, in infin. niphal, pro לְהִפָּקֵד *lehippaked.* Sic ליהרג *lebarèg*, pro לְהֵהָרֵג *lehebareg*, &c. Nam inter omnes literas ehevi, ה maximé eſt obnoxia contractionibus, ut apud

Vocales in ſe commutata.

Græcos certæ ſunt vocales, ut α, ε, ο, craſibus ſubditæ.

Futurum

Pro Jod æthan interdum ſufficiunt נ, nimirum ad formationem tertiarum perſonarum, quod vix alibi fit, quàm in Talmud & in Targum Jeroſolymitano, ubi pro יִפְקוֹד *iphkod*, dicunt נפקוד *niphkod*, & נפקדו *niphkedu*, pro יפקדו *iphkedu*. Quo ſenſu Kimhi initio ſuorum comment. in Abdiam, illud e Thalmud citat כפא דחק נגרא בגויה, נשרוף חרדלא ubi נשרוף *nishroph*, dictum eſt loco ישרוף *ishroph*. In medio, inquit, cochlearis, quod ſculpſit faber, adurit ſinapi. Quod perpetuum eſt apud Syros, ut in novo teſtamento Syriaco apparet, etſi illic perperam nun in jod corruperit Tremellius.

Verbalia Rabb.

A quolibet verbo Rabbini deducunt verbalia ſubſtantiva, maſculina quidem formæ שִׁלּוּם *shillum*, ut a קצר *katſar*, procreant קיצור *kitſur*, quemadmodum antea ſubmonuimus. In quieſcentibus pe jod, quod eſt peculiariter obſervandum, mutato י in vau וידוי *viddui*, confeſſio, ויכוח *viccuah*, argumentatio, ויעודים *vihudim*, conventus, Fœminina verò formæ ſeu notationis נדידה *nedida*, veluti דריכה *dericha*, עֲשִׂיָּה *aaſiià*, כתיתה *kethitha*, מיתה *mitha*, à verbis

Quomodo fœminea.

דרך

דרך *darac*, עשה *aasa*, כתת *catat*, מת *meth*, aut formæ חֲמִימוּת *hamimuth*, de qua paulò post. Earum prior usque adeo Rabbinis familiaris est, ut ea etiam utantur in imperfectis omnium ordinum. Hinc נסיגה *nesigha*, retrocessio à סג *sag*, quasi radix esset נסג *nasag*. Hujusmodi formæ (inquit Elias) nomen derivari potest à verbo quolibet, éritque nomen operationis. Quòd si non interiecerint jod, magna ex parte fœminina leges ex forma צדקה *tsedaka*, nisi forte alteram ex vocalibus expresse habeant, quæ lectionem ostendat, ut זמורה *zemora*, מלוכה *meluchà*, sicutiantea dictum est. E contrario à verbalibus plerumque deducunt verba, sumpta litera servili pro thematica, ut à תהלה *tehilla*, התהיל *hithhil*, quasi radix esset, non הלל *halal*, sed תהל *tahal*, à תרומה *teruma*, תרם *taram*, primitias obtulit: cùm tamen radix propria sit רם *ram*, & ת heæmanticum, à מִשְׁכּוֹן *mascon*, מִשְׁכַּן מִשְׁכַּנְתָּ *miskan*. Sic fit תָּרַע *taraa*, à תרועה *terugha*, אִיֵּמֵת *immeth*, ab אמת *emeth*, in Physica Rab Tibbon, cap. 5. נתאלמן *nithalmen*, ab אלמן *alman*, apud R. Levi, Levit. 21 Habent simile in Scriptura quo se tueantur, מִתְיַהֲדִים judaiizantes, à יהודה *Jehuda*. Prætereà quod

legenda Elias spec. 2. tracta. specierum.

Spec. 2. & 7.

Elias in Tisbi.

Ester 8.

quod communius eſt, a quolibet verbali quodlibet verbum, ut à תמיד habes סתמיד & à barbaro לִסְתֵּם, id eſt, λιςής piël לִסְטֵּכְתִּי, ליסתם, listas, listaſta, liſtaſti.

De Nominibus, ſive nominum formis & notationibus.

Forma דָּבָר *uſitatiſſima in adject. & סֵפֶר בֶּגֶד in ſubſtant. Elias 3. Bahur. elem. 3.*

Forma hæc nominum דָּבָר *davar*, frequentiſſima eſt, ac ferme ſic legendum eſt ubi nullæ exprimuntur vocales. Nam nominum quinque aut ſex punctorum formas frequenter obvias uſus & Lexicon te docebit. Neque enim regulâ aliâ à ſe invicem diſtingui poſſunt, quàm, quòd harum uſus ſit abſtractorum ſive ſubſtantivorum, בֶּגֶד *beghed*, אֶרֶץ *èrets*, כרם *kerem*, רגל *reghel*, אֶבֶן *eben*, פסח *peſah*, &c. שֵׁבֶט *shebet*, ספ *ſepher*, חלק *helek*, עדן *èden*: illa magis ſit concretorum ſive adjectivorum, נָבָל *nabal*, חרש *haras*, יקר *jakar*, חכם *hacham*, יָשָׁר *jashar*, &c. Adeo ut inter nomina ſex punctorum duo Toar reperiri pro miro notet Abben Ezra in lib. Tſahoth, יֶלֶד puer, הֵלֶךְ viator. Verùm in plurali jam conſpirant, eaſdémque habent motiones, imò omnes formæ deſtitutæ vocalibus Vau & Jod, in eam for-

דְּבָרִים forma plural. omnium, quæ carent literis protractionis

Elias in Tisbi rad. נטף

formam plurali numero conveniunt, nisi forte fuerint de daghessatis, כתנים ספרים בגדים דברים שברים, *ketabim*, *sepharim*, *beghadim*, *debarim*, *shecharim*, ut merito dubites, inquit Elias, à quo singulari descendant. Forma tamen זָקֵן *zaken*, retinet suum tseri, זְקֵנִים, etiam in fœmin. genere זְקֵנָה *Zekena*. Nam potius est forma participii secundi modi kal, quàm nominis, tametsi Kimhi malit esse nominum Toar, quibus aliquando pro participiis utamur. Reliquæ nominum formæ aliquam ex literis protractionis expressam habere solent, ad monstrandam lectionem. Nomina enim fere omnia plena sunt, etiam in scriptura, adiectis jam punctis, ut annotat Elias tab. I. orat. 2. Masor. Hammas.

Adject. masc. format Jod calci additum: & ית fœmin.

Ab omnibus nominibus Rabbini passim formant paronyma (Toarim vocant) addito Jod in fine pro masculinis & ית pro fœmininis, contra linguæ Hebraicæ consuetudinem, (non tamen analogiam) in qua nulla fiunt hujusmodi paronyma, nisi gentilia tantum & ordinalia, cum aliis paucissimis, sed apud istos quæcunque. A יום *jom*, enim dicunt יומי *Iom i*, díurnus, à תַּלְמוּד *talmud*, תלמודי *talmudi* doctor, sic מכרי, יהודי *jehudi*,

hudi, *mitzri*: ac postea fœminine per ית vel ים, יהודית *Jehudith*, Judæa mulier, & יהודיה *Jehudiiá*: (quanquam posterior hæc terminatio sit tantùm gentilitiorum) יומית *jomith*, diurna, צרפתית *tsarphathith*, Galla mulier, & adverbialiter Judaïcè, Gallice, quæ proindè à Sante dicuntur *Gentis* adverbia. Idem efficiunt syllaba ני & נית, ubi dictio per se non satis plena & vocalis est, ut fit in monosyllabis & dissyllabis ut גופנית *ghuphnith*, רוחנית *ruhanith*, חיונית *Hiiunith*, vitalis, היולאני *hylani*, materialis.

ות format abstracta aut adverbia. Sic enim vocaliora sunt. Formant & abstracta, quæ appellant שמות *shemoth* aut שמות הדבר *shemoth haddabar*, in ות, עצמות *hatsmuth*, substantia, כנויות *keuiiuth*, agnominatio, affixum, סמיכות *semichuth*, continuatio, syntaxis & similia. Similiter & adverbia quædam תנינות, *tinianuth*, secundò, תליתות *telithuth* tertiò. Reperies & substantiva cum adiectione syllabæ יא, maxime in quiescentibus, ut כניסייא *kenisià*, קריא *kiriia*, sæpe in iis qui magis accedunt ad stylum Talmudicum.

ן Format concreta. Quin etiam Chaldæorum more nomina התואר seu concreta fabricant adminiculo literæ ן vel syllabæ תן hac forma, שוכלתן *socletàn*, intelligens, חומסתן *hom-*

bomſetàn, frudator. Quæ deinde faciunt ſubſtantiva adiectione י Chaldaïca, aut ות Rabbinica, סוכלתנו *ſocletanù*, intelligentia, פורענות *purhanuth*, ultio, abſque ת ante נ: quod ſyllabæ תן & תנו magis Chaldaïſmum quàm Hebraïſmum redoleant; ad Hebraïcas autem formas ſua potius accommodent quàm Chaldaïcas, etiam ſi alioqui radix fuerit Chaldaïca. *ני & נות abſtracta.*

Præterea, quoniam non omnium toarim propria & diſtincta inveniunt nomina, in illis locis, in quibus Scriptura ſimpliciter uteretur participiis pro toarim, doctores Hebræorum ad eorum diſcrimen literam ן in fine addunt præmiſſo ־, ut apud illos גוזל *Gozel*, rapientem ſignificet, גוזלן *Gozelan* verò raptorem, ſic כועס *cohes*, iraſcentem, כועסן *cohaſan*, iracundum, סוכל *chocbel*, intelligentem, סוכלן *shoclan*, ingenioſum. Qua forma apud Arabes & Turcas Imperator, سلطان סולטן *ſoltan*, nuncupatur. Hæc eadem nonnunquam trahunt à ſubſtantivis ſervata lege mutationis punctorum כַּעְסָן *caaſan*, iratus, פַלְחָן *ſolhan*, agreſtis, גַזְלָן *gazlan*, raptor. Unde Rab. Moſe הַדַּרְשָׁן *baddarſan*, concionator, דַעְתָּן *daatan*, intelligens, קַבְּלָן *kablan*, qui didicit libros *Toarim formant à Benoni in Kal.* *Elias cap. 4. ſpecie 4.*

ca-

Cabalæ, à דְּרַשׁ גֶּזֶל פָּלַח פְּעַם, &c. qua similitudine unicum reperitur in Scriptura, Lament. 4. נָשִׁים רַחֲמָנִיּוֹת mulieres misericordes, cujus singulare esset רַחְמָן, *rahman*, vel רַחֲמָנִי *rahamani*.

Debuissent tamen fortasse illa formasse à Benoniim subiecto Jod Heæmantico. Nam id non fecissent sine Scripturæ exemplo שוכני *shocheni*, habitator, à שוכן *shochen*, habitans, in abdia.

His non contenti, ut linguam suam reddant locupletiorem ab omnibus penè conjugationibns creant nomina, hauddubiè verbalia, quæ designent actionem conjugationis, à qua descendunt.

A Kal, formæ ידיעה *iediha* ut Jod inter secundam & tertiam radicalem, hujusmodi notationem demonstret.

In Niphal usurpant fœmineum Benoni pro nomine substantivo, נברכת *nibrècheth*, piscina, ut Kimhi è Misna docet in rad. עכר *aachar*.

In Piel, Jod post primam verbi constituit masculinum formæ שיתוף *shittuph*, חיבור *hibbnr*, nudum daghes fœmin. צִוָּאָה *tsavva*.

He præfigitur derivatis conjug. A conjugatione Hiphil conficiunt nomina præfixo he, הפסד *hephsed*, הרגל *herghel*. He nimirum affecto segol in de-

derivatis masculinis, páthah in fœmininis הסחסה *hashbathà*, הולכה *holachà*, הודייה *hodaiiá*, הסגס *hassaga*, הַטָּיָה *hattaià*, in quibus duobus & affinibus he, etsi imprimat daghes, est characteristicon conjug. non Hajedia, quia id facit ob defectum nun primæ radicalis: aut ־ׅ: si sint de qui.ain סערה *haarà*. Similiter formant à radicibus quiescentium Lamed He derivata, præfigendo literam Nun affectam hiric sequente scheva, fortasse quia deducta sunt à conjugatione Niphal, נמסות *nimsuth*, נמחות *nimhuth*, à מסס, מחה; & aliquando aliorum ordinum, ut נמוק *nimmuk*, à radice מקק. Reperio etiam Nun affectum scheva נסינה *nesigha*, à סוג. A conjugatione hitpaël subjecta syllaba ות ut התפקדות *hithpakduth*, sic התנצלות, *hithnatsluth*, התגליות *hithgalljuth*, התמדות *hittamduth*, criminatio, revelatio, perpetuatio. התבוננות *hitbonenúth*, explicatio. Nam permulta apud eos extant. Interdum etiam ab eadem conjugatione juxta rationem התחילה *hathilla*, ubi tau superadditum faciunt radicale, ut posteà dicam, unde malim creatum ex Hiphil, התקדש *hathkaddas*, &c.

Hiphil & Hithpael

נ præfigitur derivatis quiescent. Lamed ה.

Cætera ab iis, quæ è peculiaribus con-

De vulga

tis Heemanticis.

conjugationibus deducta ſunt, magis ſunt Hebraïca, & adminiculo ſex literarum האמ"נתי" vulgato Hebræis more formantur, nempe, ſi qua ex eis præponatur, ejus punctum eſt vel ־ vel ־: vel etiam hiric parvum, ſequente ſcheva quieſcente, differenter tamen. Nam

ה Initio habet pathah.

ה cùm dictionem incipit, habet ־ & interdum ־: הֲנָחָה הַפְּלָגָה הַשְׁמָעוּת *haſmahuth, haphlaga, hanaha.*

א ſegol.

א plerumque inſignitur ſegol, raró patháh אֶצְעָדָה *Etzaada.*

מ chirec.

Mem feré habet hiric ultima ſyllaba affecta ־ vel holem, מזמור, משפט *miſpat, mizmor.*

ת pathach

Tau notatur ־ תַּלְמִיד *talmid*, תַּרְדֵּמָה *tardema*. Niſi alternm ת ad finem acceſſerit, in hunc modum תִּלְבּוֹשֶׁת *tilboſeth*. Ubi etiam obſervabis ת adhærens

ת finale habet ſegol ante ſe.

finibus exigere ſegol ante ſe, ubi nulla vocalis expreſſe adeſt: alioqui vel ſurec vel hiric gadol מַלְכוּת *malcuth*, מִצְרִית *mitſrith*, & interdum holem, ut אחות *ahoth*, ſoror, חנות *hannoth*, gratia. Totidem enim modis advocatur ad calcem ad fœmineorum formationem, unde in illis formatur plurale in Oth.

Jam verò alia ad calcem non aſciſcuntur ne ad formationem quidem maſculeorum, quòd aliquando Maſc. Hebrai-

braïcis addunt א Chaldaicum ערכא hercà, æſtimatio, pro ערך herec, quod in plurali retinent ערכאות hercaboth.

Fœmineis vero pro ה nun finale ſufficiunt, dicunt enim מַטָּן mattan, infrà, pro מַטָּה mattà, פִּשְׁתָּן piſtan, pro פִּשְׁתָּה piſta, linum.

Et ſane in vulgatis; Nun ante ſe habet Camets, & crebrius holem, dictionemque claudit in multis verbalibus atque adjectivis non paucis, ארמון armon, אלמן alman. *præcedunt holem & camets.*

Porrò jod ſive Gentilitia & ordinalia ſive adjectiva formet, quieſcit perpetuò in hiric עמוני ammoni, ימיני jemini, סני ſenì: aut ſi movetur antegreſſa eſt א, quæ illud ſignificet coaleſcere tanquam vocalem in diphthongo, hac quæ ſequitur forma, בנאי banai, ædificator, זכאי zakkai, purus, עשמאי aſmai, peccator, ſceleratus. Sic enim multa Toarim fingunt Rab. & præſertim Talmudici. Vide Rab. Joſeph Kimchi in 29. cap. Proverb. Quo in genere eſt בַּדַּאי baddai, mendax, Hebræum quidem origine, ſed forma & uſu Rabbinicum. Hæc in genere de literis Heemanti dicta ſint. Qui earum notationem pluribus ſibi explicari volet ad elementum 12. & 13. libri tertii. Ba- *Jod finale quieſcit in hirec aut movetur poſt א, tanquam vocalis in diphthongo.*

D 2 hur

hur Eliani recurrat.

Cautiones quædam.

Tertia & postrema libri pars, de literis vel syllabis servilibus.

Non est silentio prætereundum, quasdam particulas vel etiam literas facere posse negotium ei, qui non diligenter attendet ad Rabbinorum lectionem. Et primùm ת accedentem ad calcem. Interdum enim index est secundarum personarum singularium utriusque generis. Quare פקדת pro ratione loci legas *pakádta & pacadt*. Interdum signum fœmininorum, quæ habent ante ת segol, sed & eorum quæ in statu regiminis & affixionis ה in ת verso reponuntur. Qualia sunt אדרת *addèret*, נקבת *nekeuath*, נקבתו *nekeuathó*. Quæ omnia minimo negotio diiudicabis: & maximè si intelligis formam פּוֹקֶדֶת esse creberrimam in participiis. Alteram verò quæ habet ת factum ex ה, propriè esse nominum. Reliquæ consonantes finibus appositæ similem ambiguitatem gignere non possunt, quia, ut acutè vidit Elias enarratione 5. primarum tabularum Masor. motio literam in fine dictionis positam afficere nunquam potest præter ת, כ, & ו. cæteris consonantibus tractis per scheva ad præcedentem syl-

ת in calce ambiguitas.

Elias Babur orat. 3. elem. 10. & orat. 2. elem. 2.

ſyllabam. Sed duæ poſteriores tum per camets proferuntur.

Jod & Vau final. ambiguitas. Literæ ancillantes cognoſci debent.

Deinde Vau & Jod finales, aliâs enim affixa ſunt, aliâs minimè, ut pluribus antea dictum eſt. Tum munera literarum האמנתי *heemanti*, formativarum verbalium, literarum את"יבן *ætban*, indicum futurorum, בכל"ם *biclam*, gerundiorum, תהימ"ון *tehimun*, indicum perſonarum præteriti & aliquando cæterorum temporum ac modorum. Poſtremò ad unguem promptam habebis rationem affixorum τῶν הכנו"יים *hachnuiim*, quibus ſcilicet punctis ſignentur, quaſque motiones proxime ante ſe exigant, tam in verbis quàm in nominibus: atque miniſteria literarum miniſtrarum מ"ש"ה, וכל"ב, *moſe, vecaleb*, quarum hæ imprimunt daghes ſequenti, ſi capax fuerit, prima affecta hiric, altera ſegol, tertia pathah: illæ וכ"ל"ב peculiari puncto ſcribuntur per ſcheva, niſi quòd Vau ante literam affectam ſcheva, aut literas בומ"ף ſurec, nuſquam habet pathah, ut in contextu; quoniam, ut nec apud Chaldæos, niſi raro admodum, ita nec apud Rabbinos, convertit futurum in præteritum, niſi forte cùm citant Scripturam, in qua Vau hippuc reperitur.

Idem esto judicium de convertente præteritum in futurum. Cæteris abutuntur ad multa, ut כ ad relativum ש, ante particulas inflexiles, cum Scriptura tantùm id ante verba vel participia præstet. Hinc apud *R.* Levi, Levitic. 21. מומים שיותר קשים *maculæ quæ magis (sunt) difficiles.*

Rabbini copulant varie literas mose vecaleb.

ב per ellipsin ad allegationes ut R. Selo. Levit. 22. בצו את אהרן *betsav eth Aaron*, in (sectione, quæ incipit) præcipe Aaroni, Levit. 6. Nam per ellipsin subaudivit, *parshath*, sectionem, vel *pasuk*, versum, vel *perek* caput, vel *massecheth* tractatum.

בש׳ Initio tempus significat.

Quin & apud ipsos ex illis duæ ב״ש tam conjunctim quàm divisim reperiuntur. Conjunguntur autem invicem ut significent tempus, ut puta præfixæ nominibus & verbis hunc in modum, כשהוא *kesehu*, cùm ipse, כשהיה *keschaia*, cum erat: & cum ל לכשיבא, *licsciabo*, ut venerat. Ubique significant, cum, ubi, ἐπειδὴ. Secundò של ad denotandum finem, לשאינן *lesheenon*, eo ut non sint, שלא דם ישפך, ut non sanguis fundatur, in R. Isaac, Gen. 9. ut שימנעו *lesheimnahu*, ut prohibeant. Tertiò בש ad materiam vel efficientem באמר *beshamar*, in eo quòd dixit, vel pro-

propterea quòd dixit. Sic Genesis 6. בְּשַׁגַּם בשר propterea quòd caro est. Quartò מש ad temporis circunstantiam, משבאו *mishebau*, postea quàm venerunt, משמת *mishemeth*, ex quo mortuus est. Includunt & negationem, ut, Fœminæ separabant se à viris, מלקיים פריה ne firmarent procreationem. Rab. Isaac. in 5. cap. Gen. Item redditionem comparationis מליאמר quàm ut dicat. Quintò מל ad negandum aliquid de aliquo, Chaldæorum more, ut in Kimhio in Aggeum aliquoties, מִלִּבְנוֹת *millibnoth*, ab ædificando, id est, ne ædificarent, מלשמור *millismor*, quo minus servarent. ל autem relinquunt ex affirmante לבנות *libnoth*. &c. quoniam apud eos est infinitivorum index, unde rarius cæteris בכ״לם gerundiorum formativis utuntur, teste Elia. In nominibus non negant מלמעלה מלמטה *milraa*, *milhel*, supernè, inferne. Sextò של ad indicandum genitivum שֶׁלִּי *shelli*, mei, & cum מ, משלי *mischelli*, ex meo, & divisim של יוחנן τȣ̃ ἰωάννου. Septimò בכ ad valorem, molem & æstimationem passim in Talmudicis, ut apud R. Mose, Levit. 11. reptile contaminat, בכעדשה *becaadasa*, ad mensuram lentis, & post, בכביצה ad molem & magnitudinem ovi.

Elias in Bahur lib 1 elem. 6.

Octavo בשל *beshel*, ad indicandum possessionis genitiv. *bid*, & Chaldaïco more בד ut apud eundem num. 28. Potus mixtus est prohibitus in libaminibus, אפילו בדעבד, etiam in servi (libatione, sive sacro libatorio) Aliæ copulationes sint partim biblicæ, ut לבסוף ad extremum, tandem (ne hîc diutius immorer) partim non sunt, בעל פה *beal pe*, per os, בעל כרחו *beal corbo*, per coactionem ejus, vi.

Literæ ancillantes Chaldæis aut Talmudicis. Sunt & aliæ literæ quæ ad frontem ancillantur, sed quæ non occurrunt, nisi cum forte citantur, vel Chaldaïca vel Talmudica, qualia sunt א"ד"ק. Tum autem Aleph respondet מן Hebræorum, ac propterea significat de, in, præ, ut in Kimchio אבי *abbè*, de inter, ut interim submoneam proprium ejus punctum esse ֿ sequente daghes. Significat etiam ל ut אקרא *akkara* τῆ γραφῆ, אגמלאי *agmalaè*, in camelos, in tractatu Berachoth, אעץ ואפרי, ad lignum & ad fructum, in R. Selo. Levit. 26. ארישא *aresha*, in capite, vel super caput, אליבא דרבי יוסי, juxta cor R. Jose. Abundat etiam. ut אִידָא *ajeda*, manus: vel est signum pluralis numeri, ut apud Arabas, Psal. 1. אטרפוי *atarphoi*, folia ejus. Daleth index est

In 4. c. Jon.

geni-

genitivi Chaſdæorum, aliàs eadem habet munera quæ ב Hebræorum. Eſt & litera emphaſeos כסאו דדויד *kiſo dedavid*, ſolium ipſius Davidis. Inſervit etiam allegationibus, quòd ipſi eſt cum מן Hebræorum commune, גולות דיהושוע *gulloth dihoſua*, *sources de Joſué* Gall. id eſt, quarum mentio fit Joſué 13. Notatio ejus eſt ſcheva. Quanquam apud Danielem & Ezram nunquam ſola ſervit, ſed cum Jod, ac ſeparatim dicitur די. Koph verò in Talmud tantùm ſervit, ſignificàtque tam ſeparata, quàm annexa affirmationem cum puncto ־, adſcripto ſæpe 6, ut דקאמר qui quidem dixit, דְקָתָנֵי *dekathni*, quia ſanè legitur, in R. Selom. Levit. 23. quanquam ſæpe ſit expletiva particula. Hæc omnia exactè diſtinguenda ſunt, ut abjectis literis ſervilibus faciliùs eruas themata, thematùmve rationem, quæ in radicalibus eſt poſita.

מן Min quoque inſervit locorum citationibus, quaſi per ellipſin vocis מניין *binian*, ſignificatio, & שורש *ſores*, radix, ut deſignetur illud quod extat in contextu, & illud, quod aliunde citatur, eſſe ejuſdem ſignificationis & radicis ſive originis, quam-

vis contingat, ut unum nomen, alterum verbum ſit.

Exempla crebro occurrunt וי״מ הפחתם מן מפח נפש ſunt qui exponant vocem hippahtem ex (ſignificatione & radice vocis ſequentis, quæ reperitur Job II.) exufflatio animæ.

Multa vocabula decurtari. Sed me locus admonet, illud quoque eſſe obſervandum, poſtremas literas per Apocopen ſæpe à Rabbinis tolli, quod in tritis quibuſque fieri ſolet, quæ, ut vaſa, aſſiduo teruntur uſu. Nam vides בי in ſuperiore Kimhi allegatione poſitum pro בין *ben*, רבי יוסי *R. José*, pro Joſeph: alias etiam pro בית *beth*, ſic הו *ho*, pro הון *hon*, לימא *lema*, pro לימר *lemar*: & ſæpe ſacroſanctum Chriſti nomen citatur ſine ע, ישו *Jesu*, pro ישוע *jesua*, multáque hujuſmodi. Hoc autem accidit propriè ex uſu linguæ Syriacæ quæ literas maximè gutturales rejicit: hinc תליסר *telesar*, tredecim, pro תלת עשר *telath, asar*: quæ vox aliquando mihi plurimum negoti exhibuit. Non advertebam ſcilicet hanc mutilationem in medio per ſyncopen fieri poſſe. Sic תריסר *teresar*, pro תרי עשר *tere asar*, de duodecim minoribus prophetis: ut aliâs apud Rab. Nam hac ſyncope ere-

Ut apud Kimhi Mich. 6. & R. Joſeph Albo lib. 4. c. 25

crebro Talmudici utuntur אפתחא *ap-pithba*, ad oſtium, pro אֶל פִּתְחָא præ-ſertim cum affixis אשכחיה *aſcaheh*, in-veni eum, pro אשכחיתיה *aſcahitheh*, אמינא ליה *amena leh*, dico ego illi, pro אנא אמר *amar ana*: & cum guttu-ralibus ubique pene שתא *ſatta*, è ipſo-rum ſcriptis Kimhi Pſal. 35. pro שיחתא *ſihata*, famea, שווחא *shavata*, pro שעוותא *shaanatha*, cera. Qui mos ab-ſcondendi aſpiratas ח & ע in medio ad noſtros pervenit. Nam pro σιμεών con-tracto dicunt σίμων id eſt סימון pro שמעון Et νὰς τȣτέςι ὄφις apud Juſtinum in Tryphone & Epiphanium in Pan. pro ναάς i. נחש *nahas*. Et poſt Apoſtolum Belial pro Beliaal, ubi in Græco βελιάρ per r, quia fortaſſe Syri ſic corruptè lo-quebantur.

Hoc autem eſt perpetuum à decem (i. סר *ſar*, pro עסר *asar*) uſque ad viginti חד סר *had sar*, 11. תריסר *te-resar*, 12 תליסר *telesar*, 13. ארביסר *arbesar*, 14. חמיסר *hamesar*, 15. שיתסר *shitasar*, 16. שיבסר *shibasar*, 17. תמני סרי *tamne sare*, 18. תשסרי *teſſare*, 19.

Modo non abſimili, duas aut tres dictiones, quæ ſuapte naturâ diſtractæ ſunt, in hanc ſpeciem componunt, אפילו ab אף & אילו, וזו à זו וזו & כות, מִנַּיִן

à

à מן & אין Interdum nihil abſcindunt אפעל פי כן ex אף על פי כן , לפיכן ex לפי כן U-trumque enim ſeparatim etiam reperitur

Apicum uſus ſextuplex. Quæ pertinent ad rem Grammaticam ut nomina literarum, conjugationum, & affectionum ſimilium, quo faciliús dignoſcantur, duobus apicibus, tanquam virgulis notari ſolent, ut ע'נ'ר נמקום עתי'ד præteritum vice futuri. Deinde nomina externa & barbara ut *2. in barbaris.* Latina, Græca, Gallica, &c. niſi uſu jam Hebræa facta ſint אל'ג'א *alga*, פר"נצ'א *Francia*, ne quis in illis quaſi Hebræis ſeſe exerceat. Tum compendia dictionum ſeu abbreviationes *3. in abbreviationibus.* Hebraïcæ ר"ל, pro רוצה לומר, ז'ל pro זכרונו לברכה : quarum breviarium magno ſtudioſorum bono D. Joan. Quinquarboreus & ætatis & virtutis merito noſtræ cathedræ Regius decanus ad finem ſui de re Grammatica Hebræorum operis juſta magnitudine, non ita pridem adjecit, auctis & ad ſuos auctores revocatis, quas in unum corpus Joan. Mercerus ad calcem ſuæ Chaldeæ Grammatices redegerat. Nam de illis etiam ſcripſerunt Joan. Cellarius, Santes Pagninus, Matt. Aurigallus; Seb. Munſterus & apud Judæos Elias. Quanquam in compendio unius duntaxat

xat dictionis vel syllabæ, vel literæ apex unicus præfigitur ר' משה *Rabbi Mosé*, פ' *Peras*, שנא' *Seamar*, ירא' *Iirrà*: & sexcentis aliis, quorum resectas literas ex orationis contextu facilè quis possit conjicere. Nam non nisi serviles desecantur, præcipue ם fœmininum ת & ם pluralia, aut ex radicalibus hæ, quæ minimo negotio divinari possunt, aut cúm vox aliqua sæpiús occurrit, ut superiora exempla apertè indicant. Literæ insuper quæ pro aliquo numero 4 in literis Arithmeticis ponuntur, siquidem geminæ fuerint aut etiam plures כרמצים ל"ם Genes. 39. קליסקל"ח Psal. 138. Alioqui sic איכה א' lament. 1. איוב י' Job decimo. Demum Hebræa illa quæ pro signo esse 5 in signis volumus, quo rei alicujus, ut figuratæ locutionis, & literarum ad aliquem usum connectendarum lector moneatur, ut septem prima verba grammatices Rab. Mosé Kimhi, quorum ἀκρόςιχις, initialiáve elementa nomen authoris faciunt. Hoc idem denique 6 in allusionibus usu venit, cúm figurarè præsertim vel allegoricè aludunt ad locum aliquem Scripturæ, ut inter laudes Danielis Bombergi initio magnorum Bibliorum כי חפץ בנ'ת' יעקב desideravit, inquiunt, filiam jacob: id est, linguam Hebraïcam

cam provehere. Locus est Genes. 24. Sic ad designandum annum, quo quid factum est, alludunt ad Scripturam, in qua vox arithmeticè eum reddere potest. Hoc qui edidit librum קערס sequutus, inquit, בשנת ויצא חטר מגזע י״ש״י hoc est, anno 320. seu ut ille loquitur, anno & exiit virga de radice י״ש״י. Tot enim efficit י״ש״י *Isai.* is est annus à Christo 1560. Annus enim trecentesimus Hebræorum supra quinquies millesimum, præfinite incidit in nostrum 1540. Solent etiam omissis apicibus acutis punctula duo, tria, &c. juxta numerum literarum supersignare, nunc hoc הקב״ה *hakkados baruch hu*, ה״א nunc alio modo עלגבג׳ב *aal gab*, & maximè cùm singulis literis singulas dictiones indicare volunt. Quo pacto hanc, sententiam Psalmi 121. עֶזְרִי מֵעִם יְיָ עֹשֵׂה שָׁמַיִם וָאָרֶץ, in hoc compendium עמי עשו redactam pletique Rabbinorum suis libris præponunt. Atque ita hunc annum 1587. notare possemus את קפו Quidam pro punctis utuntur totidem virgulis ר׳ז׳ל *razal*, id est, *rabbothenu zicronam libraeha.* Nam hæc compendia majoris brevi-

brevitatis causa Hebræi legunt per A. Quod intelligitur ab extrema antiquitate repetitum ex מכבי *Macabai*, tessera Judæ Matathiæ filii. Nam jam olim quatuor illas literas, indices alioqui versiculi Exod. 15. מי כמוך באלים יהוה, quas singulis ordinum militarium ex illis, tanquam certæ victoriæ omen, Judas inscripserat, vulgus unica dictione legit, indéqne teste R. Isaac Ben Seola tesseræ auctorem Machabeum appellavit.

Ac de iis quidem Elias ita scribit in *tabulis* fractis. Compendia signantur uno punctulo ', aut virgula erecta aut supina, recta aut curva, duabus virgulis capiti literæ imminentibus, aut punctis, &c. Nonnulla autem singulis, alia binis, alia ternis, alia pluribus literis scribuntur. Imperfecta quidem compendia, ut Elias appellat, ut alii minus propria, eo planè modo, quo apud veteres Latinos, Prænomina *una* notabantur *litera*, ut *k*, i. Cæso. C. Cajus, *N.* Numeris, *alia duabus*, ut *Op.* Oppiter, *Sp.* Spurius. *Cn.* Cneus: *alia tribus* ut *Mam.* Mamercus, *Ser.* Servius. Perfecta autem & propria, quæ scilicet singulis literis singula vcabula important illo, quod apud

apud eosdem Senatusconsultum S. C. Senatus Populúsque Romanus S. P. Q. R. Patres conscripti, P. C. & similia pingebantur, nisi quòd puncta literarum lateribus adscriberentur, cum apud Rabbinos verticibus superscribantur.

Utuntur etiam virgulis & punctis pro distinctionibus.

Cæterum, ut huic loco coronidem adjiciam, vice distinctionum ad virgulam quidem seu comma utuntur spatiis & distractionibus vocum. Interdum etiam hac lineola, etsi Typographi inscitia hoc sæpe negligant. Ad membrum seu colon, unico puncto (.) ad periodum duobus his crassiusculis(:)

Hæc abundè satis esse poterant, nisi curiosioribus mentibus respondere esset collibitum. Age igitur, videamus quis sit obscuriorum locorum stylus.

Lingua Talmudica multis mixta.

Rabbini & præsertim Talmudici à peregrinis linguis pleraque desumunt, Arabica, Persica, Græca, Latina & interdum Hispanica, Gallica, Italica, Germanica, &c. eorum duritiem inflexione Hebraïca aliquo modo emolliunt, dum illa quoad fieri potest, in paucissimas syllabas & literas adigunt. Et quoniam vix id brevius fieri potest, quàm quatuor aut quinque literis, apud

eos

cos plurima ſunt nomina 4. 5. 6. & rarò admodum ſeptem literarum. Hujus rei fidem faciunt פיסטול epiſtola, פרסופסו πρόσωπος, טרנסטוס turbo. Cùm autem præter formas Hebraïcas numerus pluralis in plures ſyllabas indecorè excurrit, ultimam ſyllabam vulgò deterunt. ליסטס λῃςής plur. ליסטים liſtim, & non אֶפִּטְרוֹפּוֹס לִסְטִים ἐπίτροπος, plur. אֶפִּטְרוֹפִּין ſamec utrobique reſecto. Alioqui triplici propriè lingua utuntur Prophetarum, Miſnæ, & Talmud, ut in præfat. ſui Majemonim R. *Moſe* docet.

Miſcent ſæpe Chaldæa Hebræis in hunc modum רחלבו אסור *debelbo aſur*, cùm vel cujus adeps prohibitus eſt, in Abben Ezra, כדאיתא בחלק *kidita bebelek*, ſicuti eſt (in capite cujus initium eſt) helec, in Rab. Selomo. Quod diligenter obſervant in Maſorá. מלעיל *milhel*, pro מלמעלה *milmaala*, ſuperne, ſupra ultimam. מלרע *milra*, pro מלמטה *milmata*, inferne, in ultima. כתיב *ketib*, id eſt, כתוב *catub*, ſcriptum eſt: קרי, *keri*, id eſt, קרוא *karu*, legitur. Qua proportione in Euangeliis noſtris פְּרִישִׁים *perishim*, Phariſæi, pro פרושים *perushim*.

Confundunt formas nominum. Nam

exempli gratia ubi unus effert, וורדים *veradim*, *venulæ*, alter וורידים *veridim*, ubi unus ווידוי *viddui*, confeſſio, alter הודייס *hodiia* In his ſat eſt ut radicem agnoſcas & ex ea ſignificationem augureris. Item ordines verborum. Hinc uni זיו *ziu*, ſplendor, de q. Ain, alteri זיסוה *zihava*, de q. lamed ס. uni תא *ta*, cubiculum, Talmudicis סתא *hatha*, perinde ac ſi ס eſſet radicale.

Jod quieſcens in ·· paragogικῶς nominibus appendunt, quaſi eſſent in ſtatu pluralis regiminis, cùm tamen ſingularia eſſe deprehendas ex adjuncto verbo, adjectivo, vel affixo: סוסי *ſuſe*, equus, לִגְמְרֵי *legamre*, omnino. Ita enim legit Elias in Tisbi.

Et contrà per Aphæreſim detruncant à principio vocabula סות *ſuth*, pro כסות *keſuth*, veſtimentum, in quodam carmine R. Selomo ben Ghebirol, in quod 613. legis præcepta inclusit.

Syntaxis nova. Quod pertinet ad ſyntaxim, ſatis novè conſtruunt verbalia cum caſu verbi, ut הנהגתו אותם לא היה בענין אחד regimen ipſius (in) illos non fuit uno eodémque modo. Verba conſtruunt cum propinquiore è duobus מים העוברים

ורם כירדן מבּרו עד ים ספרלס. *Inundatio aquarum tranſeuntium in Jordane confluxerunt*, id eſt, confluxit, *in mare mortuum*. Item cum ſequenti tam verbum quàm adjectivum in genere convenit, ut in quodam lexico, שמיר סיא אבן חזקה, Adamas eſt lapis fortis, סיא *hi*, pro הוא *hu*, &c. Nonnunquam diſſimiles modos & tempora conjunctio copulativa jungit, tametſi regimen non varietur, ut עתה כראותו ד' מרכבות וידע כי לחדש דבר הראה אותם לו סאל את המלאך מה אלה ארוני, *Nunc cùm videret quatuor quadrigas, & ſciret quod ad novi quippiam ſignificandum illas ei oſtendiſſet, ſciſcitatur ab angelo, quidnam illa ſunt*. Ubi cùm dixiſſet כראותו *birotho*, in infinitivo, mox וידע *vaiedaa*, in præterito ſubjunxit pro ונדעתו *ubdaato*.

Affixa non ſemper referuntur ad præcedentia, ſed etiam ad conſequentia & tunc quodammodo articulorum vel pronominum demonſtrativorum gerunt officium, ut כסאו דוד *kiſo David*, ſolium ipſius, David ſcilicet. quamquam ad ἐξήπεγησιν ſæpius inſerunt של *ſchel*, vel Chaldaïcum articulum genitivi caſus ד ſuprà: ut, דברו של הכוהן המקריב, Verbum ipſius, ſacerdotis ſcilicet qui *Affixa referunt quod conſequitur.*

 offert

offert. Non dubito quin his multa ejusmodi addere possis, itaque tua diligentia fretus ad alia transeo.

Daghes in נ.

Daghes fortè sæpe resolvunt in נ, מֵאַיִן *meain*, unde, Talmudice מִנַּיִן *minnain*, ut habes in commentario Kimhi in Michæam, & interdum brevius מִנַּן *minnan*. Hoc habent ab Arabibus, qui, verbi gratia pro קִפּוֹד *kippod*, Hebræo dicunt קֻנְפַד *kanpad*. Ita Chaldæi מַנְדַע *manda*, & מַנְדְּעָה *mandeá*, loco Hebræi מַדָּע *madda*.

Literæ in daghes.

E converso נ & alias consonantes sæpe commutant in daghes forte איכתב *iccateb*, מיפקד *mippakked*, loco התכתב מתפקד *mithpakked*, *hithcatteb*, &c. Hæc enim exempla sunt ת conjug. hithpael. ליפול *lippol*, pro Biblico לנפול *linpol*, Legenti plurima omnium literarum exempla obvia erunt.

Idiotismus.

In vocibus sæpe aliquid idiotismi sive vernaculæ consuetudinis & phrasis retinent, ut cum à *sandal*, calceo, quendam Rab. Johanan סַנְדְּלָר *sandalar*, sutorem seu calcearium, denominant, ascito ר ad formationem toar ex usu & stylo linguæ Germanicæ, aut fluvium quendam vocant סבטיון *sabbation*, quasi sabbaticum, subjecta syllaba יון *ion*, quæ apud Arabas est adjectivorum terminatio.

Pau-

Paulò quidem curioſiora ſunt hæc quæ de nominibus ſequuntur, non tamen prætermittenda. Nam & eorum pleráque ſuo calculo digna cenſuit Elias. Heterocliſis igitur quam vides e ſingul. אב *ab* ad plural. אבות *avoth*, ut à maſculino ſingul. formetur vox pluralis fœminea, apud Rab. non eſt infrequens. מוסר *moſer*, מוסרות *moſeroth*, traditores, תינוק תינוקות *tinok tinokoth*, infantes. בכור בכורות *bechor bechoroth*, primogeniti, דיבר דיברות *dibber dibberoth*, verba, הדיוט הדיוטות *hadiot hadiototh*, idiotæ, רב רבות *rabrabboth*, doctores, quod tamen non reperitur abſque affixo: abſolute enim dicunt רבנים *Rabbanim*. Et e converſo à ſingulari fœmin. plurale maſc. תפילה תפילין *Tephilla*, *Tephillin*, phylacteriæ, תהלה תהלין *tehilla tehillim*, & contracte תלים *tillim*, pſalmi atque ſimilia.

Heteroclita maſculina

Elias in rad מסר.

Quæ fœminina ſunt, Rabbini maſculine plerumque enunciant & contrà. פג *pag*, groſſus, Rabbinice פגה *paghà*. ſic in plurali אֲבַעְבֻּעֹות *abanbuhoth*, puſtulæ, Exod. 9. Rabbinice אבעבועים *abanbuhim*, נשים *naſim*, mulieres, Rab. נשות *naſoth*, ימים *jamim*, Rab. ימות *Yamoth*.

Heteroclita Feminina.

Carentibus plurali dant plurale זהב za-

zahab, aurum זהבים *Zehabim*, aurei nummi. Quod crebro faciunt in literis & dictionibus materialiter sumptis כפין *cappin*, i. geminum Caph. ווים *Vavim*, geminum Vau.

Quædam Talmudica pronunciantur per daghes, cum alioqui levia sint, מַסֶּכֶת *massecheth* à סכך *sachach*, נִימּוּק *nimmuk* à מקק *makak*.

Regimen. Syntactictum pro absoluto non rarum מדת *middath*, סיבת *sibbath*, qualia masculina habentur, ut מזה סיבת *mizzé sibbath*, ob eam causam, in Physica Rab. Tybbon. Ejusdem rationis est illud Esaiæ צִיצַת נֹבֵל Flos cadens Et plural. סהדי שקרי *saade sikre*, testes falsitatum, in illo proverbio quod citat R. Kimhi, חשמונאי *hasmonaé*, Macchabæi, cujus singulare his punctis notandum est חַשְׁמוֹנָאִי *hasmonai*, ut מִצְרָאִי *mitsrai*, à plur. מִצְרָאֵי *mitsrae*. Hallucinantur enim qui in his & similibus utroque numero legunt *hasmonaé*, *misraè* Vide Danielem & Ezram optimos Syriacæ linguæ interpretes. Uti enim Jod simplex apud Heb. format patronymica & gentilitia, sic אי *ai*, diphthongus apud Rabbinos & Chald.

Esaye 28

Malach. 2.

Contrà Absoluto utuntur pro Syntactico. Quin & absoluto præfigunt ה

haie-

haiediá, & genitivo ſequenti detrahunt contra linguæ proprietatem הבעלי חיים *habbaale haiim*, pro בעלי חיים *baale habaiim*, animantia, הבעל קרי *habbaal keri*, pro בעל הקרי *baal hakkeri*, ſeminifluus.

Quieſcentibus lamed, ה tertia in utroque numero ſæpe adeſt אבה *abà*, & plural. אבהות *abahoth*, partes: & interdum aliis ordinibus in compenſationem radicalis quieſcentis, aut etiam deficientis אימה *immá*, plural. אִימָהוֹת *immahoth*, vel אַמָּהוֹת *ammahoth*, matres. Simile extat in Hebræo אָמָה *a-ma*, plural. אֲמָהוֹת *amahoth*, ancillæ: ubi, inquit Rab. David, ה radicale, quod in ſingulari exciderat, apparet. Quibus affine eſt מישתאות *miſtaoth*, convivia, pro משתות *miſtoth*. Gen. 31.

Syllaba יא in multis paragogica eſt אכסדריא *acſadria*, exedra, quòd & ſuprà annotatum. א ſæpe interponitur per epentheſin, אכסנאין *acſanain*, pro אכסנין *acſanin*, ξενοὶ, nam Græcum eſt. Item, י, ut דורוניות *doroniotb*, pro דורונות *doronoth*, dona, הגמוניות *hagmonioth*, pro הגמונות *hagmonoth*, ἡγεμονίαι. Literæ ehevi non immutant ſignificationem, איסכולי *eſcoli*, & איסכולא *eſcola*, ſchola, רומי *Romi*, & רומא *Ro-*

Roma. Sic in medio דַּסְקַס *dascas*, & דיסקוס *discus*, דייתק *diatak*, & דייתיקי διαθήκη, & in Syrico hodie novum Testamentum inscribitur דיתיקא חדתא per א. הדרקין *badrakin*, & הדרוקן *badrokan*, hydrops, דייט *daia daiat*, & דיוטא *diuta*, tabulatum: ne ea in lexicis deesse putes.

Sub finem Chaldaïcæ grammaticæ Munsteri quatuor reperi regulas de Rabbinicis quibusdam vocabulis, tropis & modis loquendi, quas non abs re hic adjiciendas ante putavi, quàm alias à nobis multa lectione observatas subjciam.

Notandum primò, inquit, Rabbinos quasdam habere voces in usu, quas neque in Bibliis neque in codicibus Chald. unquam invenias. Hujusmodi sunt עַכְשָׁיו *acsau*, modo, שום *shum*, aliquis. Secundò, utuntur aliquibus frequentissime quæ in Bibliis sunt rarissimè, quales קְצָת *ketsath*, quidam & quædam כְּבָר *kebar*, jam, צָרִיךְ *tsarich*, necesse est.

Tertiò, derivant crebrò ab Hebraïcis verbis varia nomina, quibus in artibus & commentariis opus habent, ut à פָּרַשׁ *paras*, separatus est, הֶפְרֵשׁ *hephres*, differentia, ab הָגָה meditatus est,

est, הִגָּיוֹן *biggaion*, logica, à נשא *nasá*, sustinuit, נושא *nose*, subjectum, sustentans scilicet accidentia, à רָאָה *raà*, vidit, רְאָיָה, *raaiá*, apodixis.

Quartò, dictionibus quibusdam Chaldaïcis sæpe quidem utuntur, sed non tam juxta Chaldaïcam, quam Hebraïcam grammaticen, ut sunt istæ & plurimæ aliæ סְבָרָה & סְבָרָא *sebara*, opinio, זוגות *Zogoth*, & זוגין *Zoghin*, paria, אֶפְשָׁר *ephsar*, possibile, שְׁכִינָא *sechina*, & שְׁכִינְתָּא *sechinta*, divinitas, מָמוֹנָא *mammona*, & מָמוֹן *mammon* divitiæ. Hæc ille, quibus quæ sequuntur adjungimus.

Quintò, quia suis Chaldaica immiscent, immò & tota Masora Chaldaicis constat, & Targhumim passim per illorum scripta sparguntur, degustanda est Grammatica Chaldaica sive Syriaca, & comparanda cum Hebræa. Munsteri confusior est. Caninii & Merceri posterior methodica quidem, sed magis ad Danielis sex capita, & Ezræ quatuor analogiam pertinent, quàm Targhumim & vulgatorum Rabbinorum, præsertim Cabbalicorum Hierosolymitanè benè & Syriacè loquentium. Itaque Tabulæ Merceri priores ad id commodiores sunt. Conferet etiam

Ambrosius Theseus in sua introductione in linguam Chald. Syricam, Armenicam & decem alias, Postellus in Alphabeto 12. linguarum.

Sextò, quia lingua Rabbinica, Hebræâ, & Chaldæâ multò copiosior est, præter radices Kimhi, Santis, Reuchlini, aut similium, & Methurgheman Eliæ, similiúmve, qui solas voces Chaldaicas persecuti sunt, necessarium est lexicon Santis, vel Munsteri, cui dedêre nomen ערוך. Provectioribus etiam magno usui fuerit Baal haruc & Tisbi Elianus. Illi enim voces Talmudicas & recentiorum præterea Hebræorum diligenter exponunt.

Præter dictionarium Hebræum & Chaldæum opus est Rabbinico, ut Munsteri &c.

Septimò, non ita illis fidendum lexicis, quin plurima tuæ industriæ & judicio relicta esse memineris. Itaque quia Rabbini verbalia nova, ut antea annotatum est, subindè fingunt, satis tibi fuerit, si illa tibi radices & eorum varios significatus, ex quibus rem elicias, explicent.

Octavò, vocabula sunt infinita, quæ inter hunc illum Rabbinum legendum occurrunt, in cæteris non item, quòd barbara sint, et ex linguis cuique vernaculis sumpta. Tu in hujusmodi vide quid ex tua lingua sit, quidve sen-

sus

ſus poſtulet. Nam eorum catalogum nectere immenſi & præterea barbari eſſet laboris.

Nonò, nomina propria infinita ſunt, quæ ex omni antiquitate & gentium omnium hiſtoriis repetuntur, ea lexicis includi nequeunt. Tu ſi quod nomen occurrit, cujus ſignificatum non invenias in lexicis, vide num ſit nomen urbis, regionis, loci, populi, viri, fœminæ, Idoli, fluvii, montis, pro ſcripti ratione. Quæ fuerint Hebræa, liber Santis Pagnini, ſub finem inſtitutionum Hebraicarum ſuppeditabit.

Decimò, literæ ſono affines ſæpe confunduntur, cùm intereà lexica non niſi in uno alphabeti ordine vocabula ſic diſtincta interpretentur. טופס *tophas*, exemplar literarum, atqui quod in nullo reperitur lexico, Kimhi in rad. פתשגן ſcribit טופש *tophash*, ſic כפל *caphal*, & קפל *kaphal*, טפיטא *tephita*, & טפיתא *tephita*, ne propterea manca ea exiſtimes. Sæpe etiam, ſed id librariorum vitio, confundunt literas pictura cognatas אדריכל *adrical*, כוב *cob*, & כוכ *coc*: ſicque pleraque citat Elias in Meturgheman. Da igitur operam, ut in omnem formam tuum dictionarium verſes, ſi res poſtulat.

Un-

Undecimò nominibus Dei superstitiosè utuntur: cùm enim nomen tetragrammaton scribere non audeant, illud aut circumscribunt nominibus aliis à se inventis השם *hassem*, הגבורה *hagheburà*, המקום *hammakom*, & similibus, ipsius conditiones enuntiantibus, aut alienis signant literis יהוד, desumpto ד ex nomine Adonaii: sic אלדי & אלקים pro אלהים *Elohim*.

Hæc sunt, benigne lector, quæ si ederentur, è re tua fore judicavimus. Existimamus enim, ubi in his pauculis te aliquandiu exercueris, expertum faciliùs esse intelligere commentaria, atque adeò quicquid ab Hebræis præter Biblia scribitur, quàm ipsamet Biblia, quæ cùm propter rerum & sententiarum excellentiam, tùm quia verbis & phrasibus utuntur paulò à communi consuetudine remotioribus ac nobilioribus, tenebras legentibus plerumque offundunt. Vale & fruere.

Superiora

Superiora facilitatis & memoriæ causa in paucas brevésque tabulas contrahamus.

TAB. GENERALIS.

Notæ Rab. lectionis tres

- Literæ pag. 8.
  - א״וי sparsæ vocalium punctorum loco à p. 24. ad 45.
  - כ״ח״ע certo puncto gaudentes pag. 40.
- Characteristicæ. pag. 24
  - Verborum
    - נ י ה הת נת conjug. 45.
    - תהי׳ מו״ן præteritorum 67.
    - איתן futurorum 67.
    - בכ״לם infinit. 67.
  - Verbalium
    - communes באמ׳נתי 64.
    - propriæ conjugationum ני ה הת, è quibus descendunt 63.
- Literæ vel syllabæ serviles p.
  - Mose vecaleb. 67.
  - affixa הכ״נ״ים. 67.
  - אר״ק 70.

TAB.

TAB. SPECIALES IN USUM SCRIBENDI RABBINORUM.

Verborum notatio apud Rab. pag. 24.

Kal, סמר פקד, ut in comt. *pakad, shamar*.

Niphal, נפקד vel ניפקד, *niphkad*.

Piel, פיקד *pikked*, & in Paül מפקד *mepakkad*.

Pual, פוקד *pukkad*. Quæ notatio communis est & Benoni in Kal.

Hiphil, הפקיד *hiphkid*, ut in contextu. Jod enim eam facilè distinguit à cæteris conjugationibus, ut absentia vocalis post ה symbolum conjug. in omnibus personis ab Hophal. Sic enim illud signant.

Hophal, הוסמר הופקד &c. *hephkad, hosmar*.

Hitphaël, התפקד *hitpaked*, & mixtim, נתפקד *nithpaked*.

At in verbis inchoatis à τοῖς ז"ן, post illud tau Hithpael commixtum primæ & secundæ radicalibus vertitur in teth, post hoc in ד hunc in modum הסטרך *histaree*, הודכך *hisdakéc*.

DE

DE DERIVATIS VERBORUM RAB.

Derivata à verbis formant partim ex

- Kal, fœminina formæ יְדִיעָה; *jedihà.*
- Piel, Masc. formæ שיתוף חיבור *hibbur, sittuph.*
- Hihil, partim
  - masculina
    - he cum segol, ut הֶפְסֵד *hephsed*
  - præfixo
  - fœminina
    - he cum pathah הַכָּאָה *baccaá* אַבְטָחָה *abtahá* הֲבָאָה *habaá*
- Hitphaël, formæ הִתְקַדְּשׁוּת *bithkatsuth.*
- Niphal quiesc. פל. נִמְחוּת *nimhuth*, à מחה *maha*

pag. 63.

DE CÆTERIS NOMINIBUS.

Hæemantica Rabbinorum Alias sunt, p. 35. 36. 37.

Concreta in
- תן *tan*, סכלתן *socletán*, M.
- י, צרפתי *tsarphatí*, M.
- ית צרפתית *tsarphatith*, F.

Abstracta in (Fœm.)
- ות *uth*, סְמִיכוּת *semicuth*
- תנו *tanù*, שׂוֹכְלְתָנוּ *socletanu*,
- נות *nuth*, פּוּרְעָנוּת *purhanuth*, quæ Caldaïcè abjicunt ת
- ית *ith*, תַּעֲנִית *taanith*, & sine ת, תַּעֲנִי Chald. *taani*.
- ו simplex טָעוּ *tahu*, & Rabbinicè magis טָעוּת *tahut*.

Notula

- Notula utuntur pag. 47. & seq.
  - Simplici
    - in compendio unius
      - dictionis ר' *Rabbi*.
      - syllabæ פי' *Peras*.
      - literæ פוקי' *Pokedim*.
    - in litera pro numero sumpta ח״, ג״, &c.
  - duplici
    - externis פ״ארי״ס *Paris*.
    - abbreviationib. ר״ל.
    - literis arithmetic. ק״ל 130
    - iis quæ pertinent ad rem gram. מ'ק״ור *makor*. infinitivus.
    - signis &c.
    - allusionibus Biblicis, ב'ב'ת יעקב *bebat Jaakob*.

Has notulas lineolis aliquando, ut hic vides, exprimunt, aliquando punctulis, ע.מ.י.ר.ג.

F Litera

Peculiaria Rabbinorum.

Literarum ministerialium divisio & conjunctio varia pag. 67. &c.
Apocope 47. 72.
Syncope 50. 72.
Synæresis 47. 50.
Paragoge literæ 54. 65. 80. syllabæ 85.
Epenthelis Aleph & Jod.
Aphæresis 50. 80.
Parallage literarum 51. 56.
Compositio partim ex integris partim è corruptis 73.
Analysis in Nun vel daghes 82.
Chaldæo-Hebræa 79.
Formarum nominum confusio 79.
Heteroclisis 83.
Ordinum verb. confusio 52.
Verborum commixtio cum &c. 52. 53.
Serviles pro radicalibus 57.
Idiotismi 82.
Regulæ de vocabulis, tropis, &c. 86. & seq.

AD USUM ET PRAXIM

Præcedentium canonum, hæc verba Joëlis 2. cap. cum ſcholiis R. David Kimhi examinabimus, ut habeas quod ſequaris. Ea verò typis Biblicis cudi mandavimus, ut notæ arithmeticæ inſertæ, quæ te ad noſtras Meditationes numeris reſpondentes remittunt, conſpicuæ magis eſſent.

וְהָיָה אַחֲרֵי־כֵן אֶשְׁפּוֹךְ אֶת־רוּחִי עַל־
כָּל־בָּשָׂר וְנִבְּאוּ בְּנֵיכֶם וּבְנוֹתֵיכֶם
זִקְנֵיכֶם חֲלֹמוֹת יַחֲלֹמוּן בַּחוּרֵיכֶם חֶזְיֹנוֹת
יִרְאוּ׃ וְגַם עַל־הָעֲבָדִים וְעַל־הַשְּׁפָחוֹת
בַּיָּמִים הָהֵמָּה אֶשְׁפּוֹךְ אֶת־רוּחִי׃

(1) והיה (2) אחרי כן. (3) כמו והיה (4) באחרית (5) הימים. ישעיה ב׳
(6) ואמר אחרי כן (7) לפי (8) שאמר (9) וידעתם (10) כי (11) בקרב
(12) ישראל אני. אמר (13) עתה (14) תדעו (15) ולא (16) ידיעה
(17) שלמה כי (18) עוד (19) תשובו (20) ותחטאו. (21) לפני (22) אבל
(23) אחרי זאת (24) הידיעה (25) יבא זמן שתדעו (26) אותי

28 27
ידיעה שלמה ולא תשכחו עוד והוא לימות

34 33 32 31 30 29
המשיח שנאמר כי מלאה הארץ דעה את ישעיה יא

36 35
יהוה: אשפוך רוחי על כל בשר · פירוש בישראל ·

41 40 39 38 37
כמו שאמר במקום אחר כל בשר ואינו מכל

47 46 45 44 43 42
בעלי חיים אלא האדם לבדו · ואמר ויברך תלים קמ"ה

50 49 48
כל בשר · יבא כל בשר · כן פרש הנה כל ישעיה סו

53 52 51
בשר על ישראל הראויים להיות רוח הקודש

57 56 55 54
עליהם . ואמר כל ר'ל' הגדולים והקטנים ·

61 60 59 58
כמו שאמר כי כולם ידעו אותי למקטנם ועד ירמי' ל"א

62
גדולם · ורוח היא רוח דעה והשכל כמו כ"א ורוחי

68 67 66 65 64 63
שאמר ונחה עליו רוח ה' ואח"כ פי' רוח חכמה ישעיה י"א

72 71 70 69
ובינה רוח עצה וגבורה רוח דעת ויראת יהוה ·

79 78 77 76 75 74 73
ומפני שיזדכך שכלם יגבר במקצתם כח הדבור

81 80
עד שיתנבאו · כי לא אמר כי כולם יתנבאו

83 82
אלא ונבאו בניכם ובנותיכם. ובשפיכות הרוח

84
אמר על כל בשר אבל בנבואה לא אמר כל

אלא ונבאו בניכם ובנותיכם . ואמר זקניכם
בחוריכם

86 85
בחוריהם לא כולם והוא על דרך הכתב

90 89 88 87
החכם הגדול הרב רבי משה בן מיימון ז"ל כי לא

94 93 92 91
תבוא לאדם הנבואה ואפי' עם התלמדות

100 99 98 97 96 95
אלא אם כן קדם לו טבע בעת היצירה ·

103 102 101
והבנים והבנות יתנבאו בנערותם כמו שמואל

107 106 105 104
הנביא והנבואה תהיה להם במראה החלום

כמו שאמר חלומות חזיונות · וכן היתה נבואת

109 708
במדבר י"ב רוב הנביאים · כמו שאמר אם יהיה נביאכם

113 112 111 110
ה' במראה אליו אתודע בחלום אדבר בו. וכן

117 116 115 114
יהיו בהם מעלות זה למעלה מזה כמו שהיו

121 120 119 118
בנביאים שעברו עד שאולי יהיה בהם כמשה

126 125 124 123 122
רבינו ע"ה' והנה זכר ג' מעלות אשר בשנות

131 130 129 128 127
האדם ימי הנערות וימי הבחרות וימי הזקנות :

133 132
ושפי' ס"ת וגם על העבדים · כמו שאמר ועמדו זרים

138 137 136 135 134
ורעו צאנכם ובני נכר אכריכם וכורמיכם וגם

104 139
אותם לפי שיעמדו בארץ ישראל ועבדו את

141
ישראל תהיה להם רוח דעת והשכל

F 3 ועניין

145 144 143 142
ועניין שפיכות הרוח · ר״ל שתהיה בהם רוח ישעי׳ה׳ת
150 149 148 147 146
לרוב כענין השפיכה · כן אמר ושפכתי על
154 153 152 151
בית דוד ועל יושב ירושלים רוח חן ותחנונים.

VERSIO.

Ad Titum. 3. b. *Et erit postea, opulentè effundam spiritum meum in omnem carnem. Et vaticinabuntur filii vestri & filiæ vestræ. Senes vestri insomina somniabunt, adolescenscentes vestri visiones cernent. Quinetiam in servos & ancillas annis illis largissimè effundam Spiritum meum.*

COMMENTARIUS.

Esa. 2. *Et erit postea.* Idem ac si diceret (cùm Esaïa) & erit in postremo tempore dierum. Ait verò *postea*, quia jam dixerat, Et scietis quòd in medio Israëlis ego sum. Nunc quidem scietis, sed non cognitione perfecta (adhuc enim ad peccandum coram me revertemini) Sed post hanc cognitionem tempus aderit, quo me agnoscetis notitia absoluta, nec ultra peccabitis: Nimirum
Esai. 11. diebus Messiæ, de quibus scriptum est, quòd repleta sit terra cognitione do-

domini *Effundam spiritum meum in omnem carnem*, expositio est de Israele, uti alio loco, Omnis caro, nec dicitur de omnibus anima sentiente præditis, sed de homine tantùm. Exemplo sint. Et benedicit omnis caro &c. Veniet omnis caro &c. (Atque) ita speciatim hoc loco (*Omnem carnem*) cadit in Israëlitas, qui apti sunt ad recipiendum Spiritum sanctum. Præterea per *Omnem* tam parvos quàm provectos ætate intelligit sicut etiam prænuntiavit Jeremias, Omnes cognoscent me ab eorum minimo ad illorum maximum. *Spiritum meum.* Spiritus ille est spiritus scientiæ & intelligentiæ, ut scriptum est: Requiescet super eum spiritus domini (hoc est, ut post modum explicat) spiritus scientiæ & sapientiæ, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus cognitionis & timoris domini. Ac quia mens eorum perpurgabitur, plerique ad eam vim dicendi pervenient, ut sint vaticinaturi. Non enim asserit omes donandos munere prophetico, sed *Filios* tantùm & *Filias eorum.* In effusione quidem spiritus dixit, *In omnem carnem*, at de prophetia non *Omnes*, sed *filii & filiæ vestræ* (tantùm.) Similiter *Senes*, inquit, *vestri & adolescentes*, non *omnes*

Psal. 145.
Esaia 66
Hierem. 31.
Esaia 11.

nes, idque juxta rationem quam ſcripſit magnus ille R. Moſe Mamonis filius, quem fœlix fauſtùmque ſit nominaſſe, prophetiæ donum communicari non ſolere cum quovis, etiam cum diſciplina, niſi eum prius natura tempore ortus præparaverit. Cæterùm filii & filiæ vaticinabuntur in ipſamet pueritia, ut Samuel propheta, erítque illis prophetia per viſionem ſomnii quemadmodum dicit *in ſomnia*, *viſiones*. Qualis

Num. 12. fuit omnium ferè prophetarum ſicuti dictum eſt. Cùm propheta veſter fuerit ex domino, in viſione ei me patefaciam, in ſomnio eum alloquar. Itaque in illis erunt gradus alii aliis ſuperiores, quales fuerunt in veteribus, adeò ut fortè aliquis futurus ſit par Moſi doctori noſtro, ſuper quem pax. En verò mentionem trium graduum pro ratione ætatum hominis, pueritiæ, adoleſcentiæ & ſenectutis. *Quinetiam in ſervos*. Juxta dictum (Eſaiæ) Stabunt externi & paſcent oves veſtras, filii quòque alienigenæ agricolæ & vinitores veſtri erunt. Sed & ſuper illos fundetur ſpiritus ſcientiæ & intelligentiæ, propterea quòd ſtabunt in terra Iſraël, ſerviéntque Iſraëlitis. Cæterùm ex ſignificatione effuſionis ſpiritus, intelligimus

Ad verb. hujus ſupra illum.

Eſaia 62.

mus uberrime communicandum eſſe ſpiritum. Quare eo etiam modo loquitur Zacharias, *Effundam ſuper domum David & ſuper habitatores Jeruſalem ſpiritum gratiæ & beneficentiæ.*

MODUS REVOCANDI

ſuperiora Rab. David Kimhi verba ad præcedentes regulas.

1. *Vehaiá*, vau cum ſcheva. pag. 67. l. 22. Reliqua per geminum camets. pag. 25. l. 16. Sed & ultima apertè dignoſcitur proferenda per a, quoniam ה in fine ſonat a. pag. 40. lin. 9.

2 Duæ primæ per a, propter ת. pag. 40. vel ſi breviùs mavis utraque per a, ex regula, pag. 25. l. 16. Tertia per e, quia index pluralis numeri. pag. 36. leges igitur, *abarekén.*

3 *Kemo* per ſcheva & holem. pag. 67. lin. 22. pag. 31. In particularium indeclinabilium notatione exercitatus eſſe debes pag. 29.

4. בְּאַחֲרִית, beth ſcheva: pag. 67. lin. 22. duæ reliquæ per a, ſupra numero ſecundo. Poſtrema per hiric, ut Tau fœminorum formativum oſtendit, pag. 64.

5 הַיָּמִים, he haiiediha per pathah, ſequente daghes. pag. 67. ſecunda camets. pag. 25. lin. 16. tertia hiric. pag. 36.

6 *Veamár* Vau ſervile pag. 69. Reliqua thematica conjugationis kal, ut abſentia tam vocalium, & ו quàm conſonantium ſervilium docet. Unde remitteris ad illius notationem pag. 45.

7. לִפְֵי priore ſcheva pag. 67. poſteriore hiric pag. 37.

8. *Scheamàr*, ſchim per ſegol pag. 67. cætera ſuprà numero 6.

9 *Vidantèm*, תֶּם indicat totam perſonam, quia conſtat ex literis tehimun pag. 67. ut igitur à pakad dicitur pekadtem, ita à יְדַעְתֶּם יָדַע & antegreſſo Vau וִידַעְתֶּם Nam utrunque ſcheva literarum י & ו, vertitur in hiric, ne duo ſchevaim legantur. Hæc autem animi inductio pendet è ſecunda nota Rabbinicæ lectionis.

10 *Ki.* per hiric pag. 37.

11 *Bekereb*, de nominibus ſex punctorum de quibus pag. 58.

12 *Iſrael ani*, nota ſunt ex vocalibus.

13 עַתָּה *attá*, pag. 40.

14 תֵּרְשׁ tau per tseri, quia adeſt quieſcenti pe jod ut litera æthan, pag. 67

עין יעקוב Oculus Jacob, collectaneorum Talmud pars prior.

בית יעקוב Domus Jacob, pars poſterior.

רב אלפס Rab Alphes Epitomiſta Talmud.

שער השמים *porta cælorum*, R. Meir de naturali hiſtoria animalium, mineralium, Meteororum, &c.

רבינו משה בר מיימון *Rabbenu Moſe bar Majemon.* Epitome Talmud lingua purè Hebraica.

ערוך *Aruch*, lexicon Talmudicum .R Nathan.

מורה נבוכים

מורה נבוכים *More-nebuchim*, q. Doctor dubiorum è R. Mose Aegyptio.

מלחמות השם *milhamoth adonai*, q. Prælia domini è R. Levi Gersonis F. contra gentes.

כוזרי *cozri*, è R. Juda Levita de conversione Regis Cuzar.

ראש אמנה *Ros amanà*, q. caput fidei.

ספר אמונות *Sepher Emunoth*, q. liber veritatum.

חזות קשה *Hazuth Kasé*.

עקרים *hikkarim*, q. radices, videtur esse R. Joseph Albo de articulis fidei.

דרך אמונה *derech emuna*, q. via veritatis.

אור עמים *or hammim*, q. lux. populorum, è R. Abdia. Species Physicæ.

אור עניים *or hanijm*, q. lux pauperum.

ספר יצירה *Sepher ietsira*, liber formationis Abraham auctore.

שערי אורה *Saaré ora*, Portæ lucis, liber cabbalicus.

מערכת אלהות *maarecheth elahuth*, q. Ordinatio divinitatis.

מילת הגיון *Miloth haggaijuts*.

מבחר מפנינים *Mibhar mippeninim*, q. Electio præ gemmis.

ספר הישר *sepher haijasar*, q. liber recti è R. Tam.

פרקי רבי אליעזר *pirke R. Eliezer*.

יוסיפון *iosipon*, historicus.

ספר כריתות *ſepher kerithuth*, liber de repudiis.

נחלת אבות *nahalath aboth*; q. hæreditas Patrum.

פירוש המשניות *perus hammiſnijoth*, expoſitio contextuum Talmudicorum.

אותיות ר' עקיבא *othioth R. Akiba*, literæ R. Akiba.

תשבי *Tisbi*, lexicon Rabbinicum Eliæ.

ספר הבחור *ſepher habbahur*, liber Electi, Eliæ (de re Grammatica)

ספ- המספר *ſepher hammiſpar*, Arithmetica.

מכתם לדויד *mictam le David.*

לשון לימודים *leſon limmudim*, q. lingua doctorum.

שערי תשובה *Saarè teſuba*, R. Jona de pœnitentia.

פרי הגיון *Peri haiiagon*, fructus laboris.

סדר עולם *ſeder olam*, Chronicon, q. ordo ſæculi.

הליכות עולם *halicoth olam*, q. Itinera ſæculi.

אגרת בעלי חיים *Iggbereth baalé haiim.* Epiſtola animantium.

משלי שועלים *miſlé ſualim*, parabolæ vulpium.

משל הקדמוני *meshal hakkadmoni*, proverbia antiquorum.

שער השמים *ſaar haſſamaim*, q. porta cælorum.

בן מלך והנזיר *ben melech vehannazir*, Filius regis & Nazareus.

תחלת

תולעת יעקב *tòlahath Jaacob*, q. Vermis Jacob.

שערי הגמול *ſaarè bagghemul*, portæ reſtributionis.

מסעות ר׳ בנימין *maſſaboth R. Benjamin*, Itinerarium R. Beniamin.

מסכת פורים *maſſecheth purim*; tractatus de feſto Phurim.

עבודת הלוי *abodath halleui*, de miniſterio Levitarum.

אגרת הרמבם *Iggereth harambam*. Epiſtola R. Moſe ben Majemon de Aſtrologia.

ייחוס הצדיקים *Iihus hatſadikim*, Stemma juſtorum.

מעין גנים *manjan gannim*, fons hortorum.

כבוד אלהים *kebod elohim*, q. Gloria Dei.

בן סירא *Ben-Sira*, Sententiæ Ben-Siræ.

רשי על ארבע ועשרים R. Selomo Jarhii in 24. lib. Biblicos.

רשי על תהלים R. Selomo Ataià in Pſalmos.

מיימוני *Maiemoni*, Epitome Talmudè R. Moſe Majemonei, ſive F. Majemon.

סדר תפילות *ſeder tephilloth*, Ordo precum. Genus Breviarii.

מחזור *mahzor*, Genus Breviarii.

מלאכת הגיון *melechet higgaion*, ars logica è R. Simeon.

חכמת הכוכבים *hocmath hakkocabim*, Aſtronomia.

תבנית השמים *tabnith hassamaim*, Sphera è R. Abraham benhaiá.

מלאכת המספר *melecheth hammispar*, Arithmetica, è R. Elia Orientali.

רוח חן *ruah hen*, Physica, R. Joseph Tibbon.

קב ונקי *cabuenaki*, q. Modius puræ farinæ, R. quidam in Proverbia.

כל בו *colbo*, liber explicans omnes ritus Ecclesiasticos Judæorum.

Deficeret tempus & charta enumerandis variis libris Eliæ, R. Jehuda Ben Bilham, R. Joseph Kimhi, filiorum ejus, R. Mose & R. David, R. Saadiæ, R. Abraham ben Paritsol, R. Mose Gerundensis & aliorum. His interim utere, & Vale.

FINIS.

Clarissimi Viri

CHRISTOPHORI CELLARII

RABBINISMUS,

SIVE

INSTITUTIO

GRAMMATICA,

RABBINORUM

SRRIPTIS

Legendis & intelligendis accommodata:

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

PRÆFATIO.

Um Ebræam Grammaticam iterare Bibliopola juberet, eique adjicere, si quid haberem, quod ad ornandum commendandumque facere putarem: non modo multis accessionibus auxi, sed RABBINISMI *etiam institutionem subjeci, qui & ipse ad Ebræam linguam ejusque complementum & integritatem pertinet. Non enim tam lingua peculiaris est, quam Ebrææ Dialectus ad Chaldaismum subinde declinans, in qua quod sine punctis scribuntur pleraque, & sæpius alio, quam vulgari ac Biblico charactere, difficilior plerumque, quam per se est, discentibus apparet, qui pedem in alio se orbe posuisse putant, cum in librum incidunt, qui punctis vocalibus caret, aut alia, quam adsueta literarum forma expressus est. Major vero est Rabbinismi utilitas, quam ut sine dis-*

detorquent, Talmudistæ autem, majores suos secuti, ad Messiam, ut par est, applicaverunt, nt ita nec Talmudis stilum cognovisse sine pretio laboris sit. Quamvis vero hæc ita sint, nihilominus, quæ Talmudistis sunt propria aut aliis Rabbinis minus usitata, seorsim tractare maluimus, nec ceteris & facilioribus sine ordine intermiscere, ne illis territi tirones, hæc quæ molliora sunt & expedita, detrectent quoque & refugiant, cum omnino multum etiam proficere possit in Rabbinicis commentariis, aut hujus generis utilioribus libris, qui vel rudior est in lectione traditionum Talmudicarum. Hic vero, si processum in planioribus senserit, etiam non verebitur asperiora pedetentim tentare, ac in iis non minus gradum promovere, quam antea promovit in planissimis. Methodum sequemur fere eandem, quæ fuit in Ebraicis Tabulis observata: etiam formulas ac voces pure Rabbinicas adjiciemus, ut qui volent, habeant, quæ memoriæ infigant, atque ita paucioribus diebus, quam Ebræam Grammaticam, neque sine fructu præstantiore, Rabbinismi præcepta imbibere possint. Typum Rabbinorum

dispendio ignorari possit: & quæ avorum memoria objecta durius fuerunt, a clarissimis viris jamdudum emollita sunt, e quibus solum SCHICKARDUM *in* Bechinat Happeruschim *honoris caussa appellasse sufficiat. Auxit utilissimi studii contemtionem, quod multi noluerunt, aut per ignorantiam non potuerunt, distinguere Judæorum libros, & Grammaticos,* Exegeticos, *Historicos aliosque utilitate præstantes separare a minus utilibus, aut plane superstitiosis. Prodeunt jam, & adhuc prodierunt, in Academiis doctissimæ Disputationes, etiam celebrium virorum uberiores Tractatus prostant, quibus usus* τῶν Happeruschim *aliorumque librorum mirifice confirmatur: nec ipse Talmudicus Codex, quamquam fabulis refertus, (sub quibus tamen sæpe latet occulta sapientia) Christianis ad legendum inutilis est, quia multa complectitur, quæ Fidem nostram notabiliter illustrant, non modo in antiquitatibus Novi Testamenti, aut parabolis ac proverbiis a Christo allegatis, aut in chorographia sacra, sed cumprimis etiam in vaticiniis ad Messiam pertinentibus, quæ recentiores Judæi alio*

rum vulgarem usurpamus, ut oculi & animus eidem adsuescant: nisi ubi doctrinæ caussa vocales subjiciendæ erant, & recta pronunciatio fidelius inculcanda. Exempla præbuerunt illi fere libri, quos tum forte legebamus. Quæ vero de Messia Excerpta sequuntur, visa sunt ideo subjicienda, ut cui desunt Rabbinici libri, habeat nihilominus, quibus legendis & resolvendis industriam suam exerceat.

INSTITUTIO RABBINISMI.

QUemadmodum Rabbinorum libros utilitate differre diximus: sic eosdem etiam stilo & dicendi genere inprimis discerni oportet. Sunt enim Rabbini vel *puriores*, qui proprius ad Ebræam Bibliorum puritatem accedunt, ut auctores הפירושים seu *literalium interpretationum Scripturæ*, & alii, Historici præsertim & Grammatici, viri: quidam impuriores, ut Talmudistæ & horum æmuli, qui subinde Chaldaizant, interdum longo tractu prorsus Chaldaice loquuntur, sermone tamen ad posteriores Paraphrases, quam ad antiquiores, magis inclinante.

Qui ergo Ebrææ linguæ Biblicæ mediocriter peritus, nec Chaldaicæ plane rudis est, facile ad Rabbinismum adduci potest, cum pauca Rabbini ex suo ingenio ad linguam adferant, propria nempe vocabula & formulas, & aliquam, exiguam tamen, in Grammaticis anomaliam.

Quæ pure Ebræa ſunt, in præſentia prætermimus; Chaldæa leviter attingimus, quatenus Ebræis permixta ſunt, cetera ex Grammatica Chaldæa peti jubemus: in iis vero, quæ propria Rabbinorum ſunt, nunc maxime occupati ſumus.

I De Lectione

1. RAbbinici libri partim literis *quadratis*, (ſcripturam מְרֻבַּעַת vocant, qua in Bibliis noſtris utimur) excuſi ſunt: nam de manuſcriptis apud tirones, quibus ſcribimus, non agendum eſt: partim propriis literis ad manuſcriptarum ſpeciem accedentibus ſunt conſignati.

TALES FIGURÆ SUNT.

א	א	ט	ט	פ	פ
ב	ב	י	י	צ	צ
ג	ג	כ	כ	ק	ק
ד	ד	ל	ל	ר	ר
ה	ה	מ	מ	ש	ש
ו	ו	נ	נ	ת	ת
ז	ז	ס	ס		
ח	ח	ע	ע		

2. Finales ſunt totidem, quot in quadrata forma,

ma,

ma, nempe ך ד, ס ם, ן ו, ף פ, ץ צ. Dilatabiles in excusis libris nullæ sunt.

3. Literas אל (etiam in ipsa quadrata scriptura) Judæi ita sæpissime connectunt ﭏ, ut כﭏ *Deus*, ישרﭏ *Israel*, אﭏ, *sed*, ﭏ בינתך ﭏ תשען *in intelligentia tua ne nitaris*, (prius est אֶל *ad*, posterius אַל *ne* prohibitionis) Pirke Avot. c.4.

4. Vocalia puncta non habent expressa Rabbinorum libri, præter paucos, v. g. Eliæ Tisbi, Massoret Hammassoret, & Seder Tephillot, quem in gratiam puerorum punctis animant, &c.

5. Absentiam vero Vocalium Punctorum sola analogiâ, usu, & peritia Sanctæ Linguæ sustinent, & ubi difficilior conjectura posset esse, tribus literis א ו י, quas אִמּוֹת הַקְּרִיאָה *matres lectionis* vocant, pensare solent, v. g. נִוּלִי נְוָי *turpitudo*, ווידוי וִדּוּי *confessum*, פדאם פְּדָם *redemit eos* (Lipm. n. 218.) in quibus א Vocalem Kamez seu *A* longum compensat.

6. ו suppletivum tria notat, Cholem cassum, Kibbuz, & Kamezchatuph. v.g. לקרוא *vocare*, פוקד *visitans*, in quibus Cholem valet: כולם *omnes illi*, כהונה *sacerdotium*, (id est כֻּלָּם, כְּהֻנָּה per Kibbuz: לפותרו *ad explicandum illud*, hoc est לְפָתְרוֹ per Kamezchatuph.

7. י supplet (1) *Chirek*, ut תפילה תְּפִלָּה *precatio*, quod frequens in Piel, ut ניגד *annunciavit*,

חיבר

איבד *perdidit* &c. (2) *Zere*, ut פירוש *explicatio*, quod quidam frequentius usurpant, e. g. אילי id est אֵלַי *ad me* שיני seu שֵׁנִי *secundus*, alii vero hoc ut superfluum omittunt. At vero ה suffixum 3. Pers. Sing. Chald. constanter scribitur יה per Jod, ad differentiam ס sive ה. Fœminini, ut ביה *in eo*, בריה *filius ejus* (3) *Sægol* rarius per Jod exprimitur, ut איפשר, quod legitur אֶפְשָׁר *possibile*. (4) In Talmud aliquando *brevissimæ* nota est, e. g. לימינות, i. e. לְמִינוּת *in hæresin*: היינו דאמרי אינשי *hoc est, quod dicunt homines*. i. e. אֱנָשֵׁי, &c.

8 Neque *Dagesch* exscribunt Rabbini, sed ex analogia, ubi opus est, inter pronunciandum substituunt. Ubi difficilior est hariolatio, ut in Præterito Piel, Jod, nota Chirek Parvi, simul Dagesch prodit, v. g. כיסה est כִּסָּה *texit*. In Defectivis interdum litera, quæ ejecta erat, restituitur, ne in sensu erretur aut dubitetur de origine, e. c. ינקום pro יִקֹּם, a נָקַם *ultus est*.

9 *Vau* & *Jod* si mobiles sunt, sæpenunmero geminantur, ut וועד *cœtus*, בוודוי *in confessio*, כוונה *intentio* עניין *res sensus*, מתחייב *condemnatus*, id est, וַעַד, וִדּוּי, כַּוָּנָה, עִנְיָן &c. Hinc fit, ut י triplicetur, si mobile & quiescens concurrant, ut in תהויין id est תֶּהֶוְיָין *eris*, Fœm. quam formam explicatam vide in Buxt. Gr. Chald. p. 435.

10 Nomina *Divina*, sanctissimum quatuor litera-

terarum, & אֲדֹנָי kamezatum, aliter, ac legunt, scribere solent Judæi. Tetragrammaton, nisi in Bibliis seu sacro textu, non scribunt, pro quo, ut & pro sancto אֲדֹנָי, ponunt interdum cum Targumistis ײ, vel sine punctis 'ײ, in Commentariis præsertim, ubi sacra nomina repetenda sunt, & hoc itidem per *Adonai* legunt: sæpius autem, & quidem ex suo ingenio scribentes, usurpant הַשֵּׁם & abbreviate 'ה, hoc est *Nomen* κατ' ἐξοχήν; aut cum apposito 'ית, hoc est יִתְבָּרֵךְ (quod) *benedicetur*: vel הקב״ה (& ק demto הב״ה) *Deus Sanctus Benedictus ille*; de qua formula mox in Abbreviaturis dicemus. Nominis אֱלֹהִים literam ה in ד vel ק sæpe commutant: ita, אלדים, אלקים, v. g. Abendana in Jud. 9: 54. כאשר עשה כן שלם לו האלקים *sicut fecit, ita rependit ei Deus*: etiam cum sacra dicta allegant, e. c. Lipman n. 3. בראשית ברא אלדים *in principio creavit Deus* &c. quæ etiam in derivatis valent, ut התורה האלקית *lex divina*, Chissuk Emuna p. 127. nihilominus hæc per ה leguntur, quasi esset אלהים & אלהית scriptum.

11. Ad lectionem pertinet etiam cognitio truncatarum vocum & abbreviatarum. TRUNCANTUR autem in fine, & defectus obliqua virgula, ad instar acuti accentus; aut brevi perpendiculari notatur, v. g. 'אמ. id est אמר *dixit*: לומ' est לומר *dicere*: ה' ית' *Deus be-*

ne-

nedictus, ut jam notavimus: 'וגו hoc est וְגוֹמֵר *& cetera*, in abrupto Scripturæ dicto :'וכל est וְכָלוֹ *& totum illud*, *& cetera*, in sacro & profano usu: 'פי est פֵּירוּשׁ *interpretatio*, vel פֵּירֵשׁ *exposuit*, 'ר *Rabbi*, 'שנ, שֶׁנֶּאֱמַר *quia dictum est*, &c.

12. ABBREVIATURAE ex literis vocum plurium initialibus fiunt, unde רָאשֵׁי תֵּיבוֹת *capita dictionum* appellantur. Has diligentissime exposuit Cl. Buxtorfius: nos solas usitatiores exempli loco apponemus.

א"יה אִם יִרְצֶה הַשֵּׁם *si Deus voluerit*, aut אסיעזור *si juverit*.

א"כ אִם כֵּן *si sic*, *si verum etsi*.

אעפ"כ אַף עַל פִּי שֶׁ *etsi*, *quamquam*.

א"ת אִם תֹּאמַר *si dices*, *objicies*, *excipies*.

הקב"ה הַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא & הקב"ה *Deus sanctus benedictus*.

קב"ה *Deus benedictus* repete n. 10. modo dicta.

ז"ל זִכְרוֹנוֹ לִבְרָכָה *memoria ejus in benedictione*. Præcedit sæpe ר vel ח quod legitur רבותינו vel חכמינו *Rabbini nostri*, *sapientes nostri*, זכרונם לברכה *memoria illorum in benedictione*.

ח"ו חַס וְשָׁלוֹם *parce & pax sit*, hoc est, *absit*.

י"א יֵשׁ אוֹמְרִים *sunt dicentes quidam dicunt*. Si מ pro א est valet מפרשים *interpretantes*.

י"ל, יֵשׁ לוֹמַר, *est dicere*, *respondendum est*.

יצ"ו, subditur viventium nominibus, estque ישמרהו צורו וגואלו *custodiat eum petra ejus*

jus & redemtor ejus.

כ״א כִּי אִם *sed, nisi.*

כ״כ כָּל־כָּךְ *tantopere.*

כ״פ כָּל־פָּנִים *omnibus modis.*

כ״ש כָּל שֶׁכֵּן *quanto magis, quanto minus.*

לש״ש לְשֵׁם שָׁמַיִם *in honorem Dei.*

מ״מ מִכָּל־מָקוֹם *nihilominus, tamen.*

ע״ד עַל דֶּרֶךְ *more, in modum.*

ע״ס עָלָיו הַשָּׁלוֹם *super quo pax sit*, post Mosis, & sanctissimorum nomina.

ע״ז עֲבוֹדָה זָרָה *cultus alienus, idololatria.*

ע״פ עַל פִּי *ad formam, modum.*

ע״ל עַל־צַד *ad latus, juxta.*

פ״א פֵּרוּשׁ אַחֵר *expositio alia.*

ר״ל רוֹצֶה לוֹמַר *vult dicere; hoc est.*

ראב״ע *R. Aben Esra.*

רד״ק *R. David* Kimchi.

רמב״ם *R. Moses Maimonides*.

*רש״י Raschi, i. e. R. *Salomo*. vulgo legitur ירחי *Jarchi*, ab aliis *Jizchaki* seu Isacides.

*Cognomen *Jarchi* Constantinus l'Empereur in Notis ad Beniam. Tudelensis Itinerar. p. 146. a *Lunel*, Galliæ oppido in provincia Languedoc prope Montpelier, deducit, quod Benjamin in hujus loci doctioribus viris רבי שלמה הכהן *R. Salomonem* quendam cognomento *sacerdotem* recenset, quem Scripturæ & Talmudis famosum interpretem esse ille vir Cl. existimat. Cum vero Judæi hunc, quantum constat, non Jarchi, sed יצחקי *Isacidem*, ut in Schalschélet p. 42. b. sive בר רבי יצחק *filium R. Isaaci*, ut in Juchasin pag. extrema 130. cognominent, etiam utroque libro non Lunello, sed מעיר טרויש vel טרוש, *ab urbe Troyes* Campaniæ Gallicæ oriundum tradant; eruditis quibusdam viris vulgare

cogno-

cognomentum displicuit, & Rich. Simon de Simonville, Præfat. ad Ritualem librum R. Leonis de Modena, laudato l'Empereur objecit, *il ne prend pas garde, qu'il estoit mort avant ce temps la*, non observasse, quod celebris R. Salomo mortuus fuerit (A. 1105. Juchas. c. l.) ante peregrinationem Tudelensis, qui obiit A. 1173. Iuchas. p. 131. a. Non autem hujus rei ignarus fuit l'Empereur, quippe p. 105. adjecit, *mortis tempus evincere, Benjaminem non tantum suo tempore viventes recensere, sed eos quandoque, qui obierant.* Verum aliis hanc litem dijudicandam relinquimus.

13. In *filii* nomine, quando Propriis interserendum est. v. g. Abraham *filius* Levi &c. liberiores sunt Judæi. Nam præter Ebr. בֵּן sæpissime Chaldæum בַּר usurpant, nec raro אַבֶּן quod Arabico ابن respondet, ut *Bar* Nachman, *Aben* Sina: & in his modo initium auferunt, relicta posteriore litera, sicut ן', per בֵּן vel אַבֶּן legitur, e. c. שלמה ן' מלך *Salomo Ben Melech*, ן' עזרא *Aben Esra*; modo finem tollunt, ut בר, id est בר רבי *filius Rabbi*, quod etiam eliso altero ר ita contrahunt, ברבי, v. g. רבינו יצחק ברבי יהודה *Rabbenu Isaac filius R. Jehudæ*, Schalsch. c. l. sicut quoque in Juchasin, loco antea de R. Salomone allegato, editione Cracouiensi legitur רבינו שלמה ברבי יצחק מטרויש quod cum Cl. l'Empereur explicate scripsimus בר רבי *filius Rabbi* Isaac, Trecensis.

14. Apices, qui in abbreviatis aut truncatis videntur, etiam aliis imponuntur, & simplex qui-

quidem literis numerorum ſolitariis, iſque vel directus, ut 'כ 2, 'ד 4, vel obliquus, ut 'ג 3, 'ק 100 &c. at duplicati numeris compoſitis, ut י"ד 14, ת'מ'ד 444, qui numerus annum præſentem notat, quippe Judæorum æræ minori (לפ"ק id eſt לִפְרָט קָטָן *ſecundum computationem minorem*, millenariis abjectis) ſi 240 addimus, oritur Chriſtiana æra, ſine tamen millenario, 684. Inſuper geminati apices etiam literis materialiter ſumtis adhibentur, ut אל"ף *Aleph*, ה"א *He*, כ"ף *Caph*, בכל"ם, משה וכל"ב Præfixorum notiſſimæ collectiones: tandem etiam peregrinis atque barbaris, v. g. *R*aſchi in Exod. 7. 1. כל לשון נבואה אדם המכריז ובלע"ז קורין לו פרידינר i. e. *vox* נָבִיא *concionatorem notat*, *quem vernaculâ dicunt Prediger*, ſive *Predicateur*. Et ipſum בלע"ז ita ſignatur superne, quaſi contractum ex בלשון לעז (uti etiam legi debet) *in lingua bárbara* ſeu *vernacula*.

15. DISTINCTIONES tres fere Rabbini habent, quibus perfectum ſenſum diſcernunt: imperfectum non incídunt, & ſæpe ne perfectum quidem. Sunt autem hæc ſigna (:) Soph Paſuk, & (·) punctum unum ſuperius, ut colon eſt Græcorum; & denique virgula obliqua (') vel (|) directa. Soph Paſuk ſeu duobus punctis ad perpendiculum collocatis rarius utuntur Judæi, ut ſæpe in integris libris ne ſemel quidem conſpiciatur: & cetera quoque Diſtinctionis ſigna ſæpiſſime negligunt.

O 16. PRO-

16 PRONUNCIATIO superest, quæ non eadem omnibus Judæis, sed pro nationum diversitate variat Neque τοῦ Dagesch semper rationem habent, nonnunquam literam duplicant non dageschatam, quæ usu discernenda sunt. Tironibus notasse sufficiet, ה Raphatum, præsertim finale, ut ſ a pluribus pronunciari, e. g. דעת daas *scientia*, כתר keser *corona* &c. deinde Vocalem Kamez crasse ut *O* efferri, Cholem interdum ut *Au* diphthongum: ad hæc accentum plerumque retrahi ad penultimam, e.c. ברשית ברא אלהים Bréschis bóro Elóhim, עולם הבא áulom hábbo. Reliquum usu & auribus addisci potest, si cui gratum & imitatione dignum videbitur.

II. *De Nomine.*

1. GENUS Nominis hîc non differt a puro Ebraismo, & Masculinum æque per se patet, ut מִנְהָג *consuetudo*, צָרִיךְ *indigens*: etiam Fœmininum Substantivorum in ה vel ת servilia desinunt, ut בְּרִיאָה *creatura*, קְרִיאָה *lectio*, רְשׁוּת *potestas*, גַּסּוּת *elatio*, מִינוּת *hæresis* &c. In Adjectivis hoc peculiare est, ut sequius Genus a Masculino in ִי ducendum (cujus formæ permulta sunt Rabbinis) formetur in ִית, sicut aliâs in Gentilitiis solet ac Numeralibus, v. g. ab אֱלֹהִי *divinus* dicitur

citur אֱלֹהִית *divina.* Sic & מיתה נפשית *mors animalis* seu animæ: quod etiam cum duplicato Jod invenitur, ut מיתה גופיית *mors corporalis*, quasi Jod moveatur, Chissuk Emuna p. 122. Plerumque tamen simplex est, ut אמיתית *vera*, פרטית *particularis*, תאוה הבשרית *concupiscentia carnalis*, quæ cuncta exempla ex cit. libro depromta sunt, quem Ebraice cum aliis hujus similibus CL. V. & decus literarii ordinis Jo. Chr. Wagenseilius, fautor nobis singulariter benignus, in lucem primus produxit. Contra ex Numerali שֵׁנִי *secundus*, Rabbini formant Fœmininum non tantum שֵׁנִית, ut in S. Bibliis, sed etiam in ה, nempe שנייה *secunda*. In Gentilitiis autem retinent usitatam formationem, e. c. אומה ישראלית *gens Israelitica*.

2. Talmudici, & qui hos æmulantur, amant etiam Chaldæas terminationes, & Emphaticum Statum, ut עלמא *mundus*, בר כוכבא *filius stellæ*, בר כוזיבא *filius mendacii*, Pseudomessiæ nomina; חכמתא *sapientia*: nec non Apocopen Syro-Chaldaicam, ut מַלְכוּ *regnum*, גְּוּלִי *sterquilinium*: etiam ת radicale ex בַּיִת *domus* frequenter abjiciunt & בֵּי dicunt, ut בי אסיא *domus medici*, דבי ר' ינאי *qui de domo* seu schola R. *Jannai* sunt.

3. Numerus etiam cum Ebræo aut Chaldæo convenit. *Singularis* utriusque Generis jam patuit: *Dualem* differentiæ caussa Rab-

bini interdum scribunt per duplex Jod, ut רגליים *pedes*, שניים *duo*.

4. *Pluralis* Masculinorum etiam purioribus Rabbinis, & ceterum a Chaldaismi æmulatione alienis, non tantum in ים finitur, ut עונשים הגופיים *damna corporalia*; sed subinde etiam in ין, præsertim in Participiis, ut יסורין *castigationes*, הן אסורין *hæc probibita sunt*; Sic תלמידיו של בלעם יורשין גיהינם ויורדין לבאר שחת עתידין בניו *futuri filii ejus*, *discipuli Bileami hereditate accipiunt gehennam, & descendunt in foueam perditionis*, Pirke Avot c. 5. Inprimis id usitatum est in Participio קורין (pro קוראים) *vocantes*, *vocant*, quo Judæorum purissimus quisque uti non veretur, e. g. קורין לו ישו *vocant eum Jeschu*, Tisbi p. 42. קורין אותו נחושתן *vocant eum Nechustan*, Kimchi in 2 Reg. 18. 4.

5. Ut vero apud Ebræos quædam Masculina Pluralem Fœminino more formatum habent ut אבות *patres* &c. ita nec Rabbinis desunt, quibus idem eveniat. Nam a רב *Rabbi* faciunt רבות, licet absolute nunquam usurpent, sed semper cum Affixis, ut רבותיכם רבותינו *magistri nostri*, *vestri* &c. a מוסר *proditor* formant מוסרות *proditores*: a פרי vel פירי Plur. פירות *fructus*: ab אילן *arbor*, (Masc. unde זה אילן in Pirke A. c. 3. & אילן שסופו עומד *arbor quæ stat*, Maccot p. 110. ed. Cocc.) Plur. אילנות *arbores*, v. g. זה דרך עכו"ם נוטעין אילנות

מילכות לנד מזבח שלו *mos est idololatrarum, ut plantent arbores juxta altare suum*, Maimon. Idol. cap. 6. num. 12. a מַזָּל *sidus fortuna* (Masc. unde מזל טוב, כיס) est Plur. מזלות: Idem fit in מַאֲמָר *verbum*, ut in Pirke c. 5. בעשרה מאמרות נברא העולם *decem verbis creatus est mundus*: & nonnunquam in דָּבָר *verbum*, ut עשרת הדברות *Decalogus*, pro quo Biblice est עֲשֶׂרֶת הַדְּבָרִים Exod. 34. 28. Quid? quod ab ipso nomine אֱלֹהִים *Deus* vel *Dii*, deducunt muliebrem formam אלוהות, quam idolis, etiam virilibus, contemtus caussa attribuunt, vid. *R*, Salomo Jarchi in Gen. 4. 26.

6. Talmudici רַבָּנָן *magistri* Fœminina flexione dicunt a Sing. רַבָּן, unde in Targum Plur. רַבָּנִין est virili forma. Præterea addunt cum Chaldæis novam terminationem Pluralis Masculini in אֵי, ut קַדְמָאֵי *priores*, *majores*, quod frequens in Gentilitiis, ut יְהוּדָאֵי *Judæi*, מִצְרָאֵי *Ægypti*. Fit hoc ad modum Constructi Status, quem sæpissime hujus generis scriptores pro Absoluto in Plurali ponunt, ut in Syntaxi declarabimus. Emphaticus Pluralis in ־ַיָּא notus est ex Chaldaismo. v. g. סרו חכמיא למהוי כספריא *cœperunt sapientes esse similes scribis*, Mischna Sota p. 973. ed. Wagens.

7. Fœminina in וּת, resolvunt י Pluraliter vel in ־ֻיּ, *Jod* & *Kibbuz*, (exemplo vocis מַלְכֻיּוֹת

Dan. 8: 22.) ut a רְשׁוּת Plur. רשוות *potestates* : vel in י, *Jod* & *Chirek*, sicut a גלות *exilium* fit גָּלִיוֹת, a צחות *elegantia* צַחִיוֹת, atque ita in Tisbi, punctato libro, Rad. כתב, scribitur בַּעַל צחיות *dominus elegantiarum*, puta in sermone. Tamen in Talmud est etiam גלויות, ו pro Kibbuz ex consuetudine posito, v g. Sanh. ed. Cocc. p. 126. לא יסור שבט מיהודה, אלו ראשי גלויות שבבבל *Non recedet sceptrum a Juda: Hi sunt principes exiliorum* (exulum) *in Babylonia.*

8. Sunt etiam alia quædam Fœminina Pluralia, quæ *Jod* interponunt, quemadmodum ab אות *signum*, *litera*, fit אותיות *literæ*, להבדיל בינן ובין אותות ומופתים *ut distinguatur a forma altera* אותות, *quæ Prodigia notat*, monente Elia in Tisbi. Pariter a פָּרָשָׁה *sectio Biblica* formatur פַּרְשִׁיּוֹת, a מִשְׁנָה *Textus Talmudicus* מִשְׁנָיוֹת; ab הוֹרָאָה *demonstratio, documentum*, הוֹרָיוֹת; a כְּנֶסֶת *congregatio* sunt בתי כנסיות *domus congregationum* sive Synagogæ, &c.

*Fœmininus Pluralis Talmudicus in ן & תָא, finitus, ex Grammatica Chaldæa notissimus est.

9. REGIMEN quoque seu STATUS CONSTRUCTUS a vulgari Ebræorum non differt. e.. c. Fœminina Singularia sunt בִּיאַת משיח *adventus Messiæ*, לִתְשׁוּבַת הַמִּינִים *in responsionem hæreticorum* seu hæreticis dandam: קריית שמע *recitatio dicti, Audi Israel*, עונת גלות *pæna*

pœna exitii &c. Pluralia Masculina בָּאֵי עולם * *venientes in mundum*, מַלְאֲכֵי שֵׁרוּת *angeli ministerii*: Fœminina ימות המשיח *dies Messiæ*, &c.

*Phrasis Rabbinica, qua humanum genus seu mortales describunt. *Seder Tephill.* p. 4. b. ed. Amst. ידעו באי עולם *cognoscent omnes homines.* Saadias Gaon in Dan. 9. 17. קודם לכל באי עולם *prius quam ullus mortalium.* Verbaliter Aben-Ezra in Psal. 27. 10. שהיו סבות בואי העולם *qui parentes fuerunt caussæ, venire me in mundum*, hoc est, ut nascerer. Non dubium est, quin Apostoli ἔρχεσθαι εἰς τὸν κόσμον ex hoc Ebraismo expressum sit, Joh. 1.9.

10. Quanquam autem hæc ita sunt: nihilominus Rabbini pro Constructo Statu persæpe utuntur Absoluto interveniente Particula שֶׁל Genitivi nota, v. g. מעשה של יוסף *historia Josephi*, סדר של גדולה *ordo dignitatis*, צורות של כסף *imagines argenti*, hoc est argenteæ Talmudici & alii Chaldaizantes pro שֶׁל Præfixum ד adhibent, eoque Genitivum Chaldaico more describunt, ut מְתִיבְתָּא דרקיעא *schola cœli*, seu *Athenæum cœleste*, ut laudatus Wagenseilius in Sota vertit, & pro mirifica doctrina sua uberius p. 121. declarat. Sic quoque סגני דכהנא *præfecti sacerdotum* sæpe dicuntur. Etenim per enallagen, Talmudicis atque Chaldæis usitatam, pro Absoluto frequentissime Constructus Status est, etiam in

hac ipsa Genitivi per ד descriptione, ut שיבבי בישי דירושלים *vicini mali Hierosolymæ*, Sanh. Coccej. p. 340. איתמסר עלמא בידי דטיפשאי *traditus est mundus in manus stultorum*, ibid. pag. 256.

§ De Pleonastico Pronomine, quod in descriptione Genitivi per של, sæpissime adhibetur, infra in Syntaxi dicemus.

11. Ex hisce *Genitivus* Rabbinorum cognoscitur, quem vel per Constructionem, vel sine illa per שֶׁל Particulam (Talmudici etiam per ד) significant. Ceteri Casus cum Ebraismo puriore conveniunt, præter Accusativum, qui apud Chaldaismi imitatores (loco Ebrææ Particulæ אֵת) etiam per יַת; & apud Talmudistas non rarò per Præfixum ל, ut apud Syros, denotatur, e.g. אייתיה הקב״ה לאברהם *adduxit* (eum) *Deus Abrahamum*, quod Cll. quoque viri Buxtorfius Gram. Chal. p. 417. & Coccejus Sanh. p. 418. in Accusandi Casu verterunt. Ibidem מלייה לטיפסא *implevit* (illam) *arcam*, & ante paullo, קטלין לי *occidunt me* item הינו אלהא רבא דשיזביה לנח מטופנא *Is est Deus magnus, qui eripuit Noachum ex diluvio.* Ipsam Particulam אֵת vulgares *R*abbini aliter sæpe, quam signando Accusativo, adhibent, ut אותו *ipse* באותו זְמַן *eo ipso tempore*, de quo plura in Separatis Pronominibus trademus.

III.

III. *De Præfixis.*

1. Hæc etiam eadem sunt, quæ ceteris Ebræis, nempe משה וכלב, sed quod illis rarissimum erat שֶׁ *Qui, Quæ*, hîc frequentissime occurrit, adeo ut propter crebriorem hujus usum *R*abbinis *R*elativum אֲשֶׁר ferme obsolescat, v.g. אבינו שבשמים *Pater noster qui in cœlo* est, שבע מדות שמנו חכמים לצדיקים *septem virtutes sunt, quas numerarunt sapientes in justis*, Pirke Avot. c. 6.

2. שֶׁ præterea *R*abbinis sæpissime est *Quia*; *Quòd*, v.g. שנאמר *quia dictum est*, כותי' אומר' ששילה זהו הנוצרי *hæretici dicunt, quod Schilo hic sit* N*azarenus*, Lipm. n. 46. הרוצה שיתן *qui vult ut det*, & tum, quando *Ut* significat, crebro præcedit כְּדֵי, v. c. עשה רצונו כרצונך כדי שיעשה רצונך כרצונו בטל רצונך מפני רצונו כדי שיבטל רצון אחרים מפני רצונך *fac voluntatem ejus* (Dei) *sicut tuam, ut faciat voluntatem tuam sicut suam: omitte voluntatem tuam præ illius voluntate, ut impediat voluntatem aliorum præ tua*, Pirke Avot. c. 2. Cum aliæ præcedunt, ש illorum se naturæ & significationi accommodat, v. c. עד שיבוא אליהו *donec veniat Elias*, כיון שיצא משה *postquam egressus est Moses*, &c.

3. ד pro ש *R*abbinis Chaldaismum affectantibus in usu est. e. g. דכתיב *quia scriptum est*, תלמידא דאפיק מילתא דקיסמור בי מדרשא *discipulus,*

qui ejecit (evulgavit) *verbum quod dictum in schola fuerat*, Sanh. p. 203. Particula præcurrente alios usus habet, perinde ac ש, vel ad illam se accommodat v. g. כיון דאיתפח *postquam convaluit*, &c. De ד Genitivi nihil attinet repetere.

4. ל Rabbini etiam Futuro jungunt, ut vim habeat Particulæ למען *propterea ut*, & vulgo per Infinitum modum exponunt, idque per Chirek potius, quam per Scheva, enunciant, ut ליתן *dare* seu *ut daret*, ליֵדע *scire* seu *ut sciret*. Plura de hoc in Syntaxi.

5. Ad hæc Talmudicis duo alia & propria Præfixa, sunt, nempe.

אַ hoc est *In*, *Super*, sive quidquid ב. ל, על Ebræis significant. e. c. ארישא *super caput*, אליבא *in corde*, אפיתחא דרומי *in porta Romæ*, אסוסא רכיב *super equo vectus*. Legitur per Pathach.

קָ expletivum & nihil significans. ut דקאמר *qui dixit*, מאי קעביד משה *quid facit Moses*? Et hoc imitantur etiam vulgares Rabbini, qui stili purioris incuriosi sunt, v. gr. Lipman & similes. Est vero ex integra particula קא, ejusdem valoris & usus. e. gr. לא הוו קא מעיילין ליה *non introduxerunt eum*, דמיה דזכריה דהוה קא רתח *sanguis Zacharia qui fuit ebulliens*. Pluribus exemplis in re obvia non opus est. Ex his autem satis apparet, tam Præfixum inseparabile ק, quam separatum

ratum אף, παραπληρωματικὸν esse. Utrumque legitur per Kamez.

6. Præfixa sæpe plura conjunguntur ad varios Particularum usus, e. g. כְּשֶׁ *Quum, quando, Secundum, quod, Sicut*, ut כשהיה *quum fuit*, לכשיבוא *quum venerit*: כְּדִ Talmudice idem sonat, ut כדכתיב *secundum quod* (sicut) *scriptum est*, כדקאמרינן *sicut dicentes nos*, hoc est diximus: מִשֶּׁ *ex quo, postquam*, ut משמת רבי עקיבא *postquam mortuus est R. Akiba*, משחרב בית ה' *ex quo* tempore *templum devastatum est*. Sic etiam משלי ex (eo) *quod mihi*) i. e. ex meo, &c.

IV. *De Suffixis.*

1. NEque SUFFIXA Pronomina ab Ebræorum vulgaribus discrepant. Hoc vero Rabbini nostri peculiare habent, ut pro Masculino ן *illorum, suus*, Fœmininum ן. per sæpe usurpent, v. g. Seder Tephill. p. 65. b. השב כהנים לעבודתן ולויים לשירן ולזמרן *reduc sacerdotes ad ministerium ipsorum & Levitas ad canticum suum & modulationem suam.* Abcat Rochel ed. Huls. q. 42. הקב"ה בוחן את ישראל וצורפן *Deus benedictus probat* Israelem, *& igne explorat illos*. Quo etiam pertinet vulgare illud Talmudicum ex cap. Chelek תיפח רוחן של מחשבי קיצין *infletur* (rumpatur) *spiritus eorum, qui computant terminos* venturi Messiæ. Ita hanc sen-

sententiam Maimonides in Ikkarim, Autor Schevet jehuda p. 49. b. recitant: in Sanh. Cocc. p. 348. pro רוחן est עלמן *ossa eorum*, eâdem Generis enallage. Atque ita etiam in servilibus Particulis: Nizzachon vetus pag. 42. אמור להן שוטים ועניי הדעת *dic illis: o stolidi & defecti sapientia*, ubi להן pro לָהֶם positum est.

2. Deinde pro Masc. ךָ: *tuus*, non raro legunt Chaldaico more ָךְ, etiamsi in ceteris nihil Chaldaizent. Hoc ex punctatis eorum libris manifestissimum est. v. g. Seder Teph. p. 42. b. edit. Amstel. תֵּן חֶלְקֵנוּ בְּתוֹרָתָךְ שַׂבְּעֵנוּ מִטּוּבָךְ וְשַׂמְּחֵנוּ בִּישׁוּעָתָךְ *da partem nostram in lege tua satura nos ex bonitate tuà, & lætifica nos in salute tua*. p. 46. b. אֵין זוּלָתָךְ מַלְכֵּנוּ לְחַיֵּי הָעוֹלָם הַבָּא אֶפֶס בִּלְתָּךְ גּוֹאֲלֵנוּ לִימוֹת הַמָּשִׁיחַ *non est præter te rex nobis in vita futuri seculi, nec extra te Redemtor nobis in diebus Messiæ*. Et in Capitulis *Patrum* huic editioni annexis c. 6. 84. אַל תַּחְמוֹד כָּבוֹד יוֹתֵר מִלִּמּוּדָךְ *ne concupiscas gloriam majorem quam doctrina tua est*. Ibidem plura subjunguntur, שֻׁלְחָנָךְ *mensa tua*, כִּתְרָךְ *corona tua*, מְלַאכְתָּךְ *negotium tuum*, פְּעֻלָּתָךְ *opus tuum*. Et hæc omnia ex scriptura & punctatione Judæorum, ad quam pueros suos a teneris adsuefaciunt.

3. Qui præterea Chaldaismo magis indulgent, ֵיהּ pro ו tertiæ *Personæ* Sing. Masc. suffigunt, v. g. גַּבֵּיהּ *apud ipsum*, אמר רבי בונא בריה

דרב

דרב יהושע *dixit R. Huna filius* (ejus) *R. Josuæ*, cujus generis sexcenta in Talmud occurrunt. Et hoc Suffixum ה- semper cum *Jod* scribitur ita יה, ut a Fœmineo הּ seu ה distinguatur, quod jam tum Cap. I. de Lectione notatum fuit: excidit vero Jod otiosum si Zere locum non habet, nempe in terminatis in Vocalem, ut קטלוה * *occiderunt eum*, אבוה *pater ejus*, de cujus exempli ratione plura num. 5. trademus. Dicunt etiam יהּ, seu dialecto Hierosolymitana יי, cum Pluralibus ut בנויי vel בנויה *filii ejus*.

*De exemplo קטלוה & similibus censent alii, non habere ה simplex, sed Chaldaicum יה vel יהו, י propter similem absorpta, & ו per consuetam Talmudicis apocopen abjecta.

4 etiam כון & הון Masculine, & כן & הן Fominine, Chaldaizantes ponunt pro כֶם, כוֹ *vester*; הֶם, הוֹ *illorum* seu *suus*: ex quibus insuper Talmudistæ abscindunt ן per appocopen usitatissimam, ut בכו *in vobis*, להו *illis*, & sic in aliis, ut שריונהו *solvunt illos* &c. Eadem suffixa in Talmud per ײַ (id est duplex Jod, per Patach & Scheva de Cl. Buxrorfii sententia legendum) sæpissime adhærent, ut עלייכו *super vos*, בשרייכו *caro vestra*, מזלייהו *astrum eorum*.

5. אָב *pater*, אָח *frater*, חָם *vocer* Ebræo & Chaldæo more, prout purus vel sequior stilus est,

Affixa

pata. ſicut Maſc. ex מון terminatione.

Communis Generis, הַגְּ׳,הַנָּך ſive הַגִּ׳ךְ *hi*, *hæ* &c.

¶ *Pronomini* Chal. דֵּ׳ן ſeu F. דָּךְ, originem debet Talmudicum אִידָךְ *alius*, *alia*.

II. Interrogativa.

Vulgaria.

Præter ſimplicia מִי & מַה, compoſita habent, מַהוּ *quid? quid eſt?*

אֵיזֶה & אֵיזֶהוּ *quiſnam*, *qualis*, & Com. Gen. אֵיזוֹ *quiſnam*, *quænam* ut אין יודע אדם איזו יום ימות *neſcit homo, quo die moriturus ſit*. איזו תפילה *quam precationem?* præfixorumquoque patiens

Talmudica.

מַאן *quis*, *qui*, *quæ*, utriusque Generis & Numeri, ut מִי Ebræum. Diſtinguit א, vocalis index, a מִן *A*, *Ex*: Pathach autem, per quod legitur, à מָאן *vas*, *inſtrumentum*.

מַאי *quid? quæ?* Rei interrogativum, ut מַה Ebræum, & מָא Chald.

est

est, ut לאיזוס *cui-nam?* אֵיזָא & הֵיָדָא Fœm. *quænam?* Hierosolymitane כַּיידָא *propter quid?* א vel ה in י mutato. At נַיידָא est & *hæc*, sine interrogatione.

*Interrogativa, sequente Relativo, vim interrogandi amittunt, & per *Is*, *ea*, *id*, exponuntur, ut מִי שֶׁ *is qui*, מַה שֶׁ *id quod* כל מי ש *quicunque*, למי סהוא *ei*, *qui est* &c. Sic quoque Talmudica מאן ד, מאי ד *se habent*.

III. Relativum.

Rabbinis plerumque est שֶׁ Præfixum, raro אֲשֶׁר purum; Chaldaizantibus דְּ, aut separatum דִּי, & hæc utriusque Generis atque Numeri, Exempla sunt obvia.

I V. Possessiva.

Possessiva Absoluta ex præfixis & Suffixis componuntur hoc modo: שֶׁלִּי *meum*, שֶׁלְּךָ *tuum*, שֶׁלּוֹ *suum* שֶׁלָּנוּ *nostrum* &c. ad literam valet, *quod* est *mihi*, *quod tibi*, &c. e. g. *Pirk. Av.* cap. 3. תֵּן לוֹ מִשֶּׁלּוֹ שֶׁאַתָּה וְשֶׁלְּךָ שֶׁלּוֹ *da illi* (Deo)

P *de*

de suo (ipsius) *quia tu & tuum* estis *ipsius*. Talmudici etiam usurpant. דִּידִי & דִּילִי *meum*. דִּילֵיהּ seu דִּידֵיהּ *suum* &c. quæ a Chaldæis desumta sunt. כִּין & כִּין apocopantur, ut solenne est Talmudicis, si huic descriptioni adhibenda sunt, e.g. דִּילְכוֹ *vestrum* &c. Conjuncta autem *P*ossessiva, hoc est cum Substantivis composita, fiunt vulgari modo per Affixa, ut בֵּיתִי *domus mea*, עַל כָּרְחָךְ *super necessitate tua*, hoc est invito te, quæ notissima sunt.

V. Reciproca.

Reciproca *P*ersonalia *Sui*, *Sibi*, *Se*, Orientales proprie non habent, sed variis modis circumscribunt, Ebræi quidem per נֶפֶשׁ *anima*, Syri etiam per ܩܢܘܡܐ *substantia*: Rabbini potissimum עֶצֶם *os ossis* ita usurpant, e.g. אמר דוד על עצמו *locutus est David de seipso*, עזור לעצמך *juva teipsum*. Talmudicis גֶּרֶם, quod idem valet ac עֶצֶם, huic descriptioni inservit, v. c. לית ליה מגרמיה *non habet ex seipso*, עבד לגרמיה *fecit pro seipso*. Dicunt etiam לְדִידִי *sibi ipsi*. *P*ossessiva Reciproca *Suus*, *Suum* modo diximus per ordinaria Suffixa notari.

VI. Em-

VI. Emphatica & Particularia.

Emphaticum IPSE describunt pariter per עֶצֶם, ut Maimon. c. 1. Idolol. ואנוש עצמו חן הטועים היה *& ipsemet Enosch inter errantes erat*. vel per גוף *corpus*, e.c. גופי *ego ipse* &c. sicut in *Pirke* c. 4. dicitur כל המכבד את התורה גופו מכובד על הבריות *omnis honorans legem, ipsemet honoratur in creaturis* seu ab hominibus: vel denique per אֵת Particulam cum Affixo, ut אותו *is ipse*, באותה שעה *ea ipsa hora*, ביד אותם הרשעים *in manum istorum sceleratorum*, Told. Jeschu p. 11.

Pronomina ALIQUIS, ALIQUID, QUIDQUAM, per peculiares voces exprimuntur, pure quidem per מְאוּמָה Deut. 13. 17. Rabbinice per כְּלוּם, ut אינו ראוי לכלום *non est aptum ad quidquam*, Raschi in Ezech. 15. 4. vel per שום quod Chaldæis proprie *nomen* sonat; quo vero, ut Elias in Tisbi observat, non utuntur, nisi cum Particula Negandi, & tum *nihil quidquam* exponitur, vel *nullus*. Huc etiam מַמָּשׁ refertur vulgo, sed plus emphaseos habet & aliquid solidi, certi, ac realis denotat. vid. Tisbi.

VI. *De Verborum formatione.*

1. VErborum formatio est plerumque Ebræa Chaldaizantibus Chaldæa. Non ergo novo *P*aradigmate opus est: quæ vero speciatim observanda sunt, secundum Conjugationes & tempora adnotamus.

2. *P*IEL a KAL distinguitur per *Jod*, ut דיבר *locutus est*, שיבר *fregit*, גידף *blasphemavit*, גילה *revelavit*. Quod si Kal minus quam *P*iel usitatum est, Jod fere negligitur, atque ita scribitur tam צוה vel צוה, quam ציוה *praecepit*.

3. HOPHAL & HIPHIL per ו & י discernuntur, ut הזכיר *memoravit*, הוזכר *memoratus est*; הזהיר *admonuit*: הרבים מוזהרין *admoniti compofuit*, מורכב *compositum*. vox Grammaticorum. PUAL pariter per ו notatur, ut מלומד *doctus*, מכובד *honoratus*.

4. Ex Niphal & Hitpaël componunt Rabbini novam Conjugationem *Passivam*, quæ a *P*ræteriti Temporis charactere נת potest NITHPAEL appellari: in ceteris autem Temporibus convenit cum Hithpael. Hæc Rabbinorum propria est, nec Talmudicorum tantum modo, sed vulgarium etiam, quibus nulla *P*assivarum majore usu teritur. v. g. נתייסר *castigatus est*, נתחדש *renovatus est*, נתרחק *elongatus est*, נתקיימו *confirmati sunt*, נתכסכ הגרכס

ten-

tentatus est Abraham, נתטמאו *polluti sunt* &c. Quemadmodum vero Niphal non semper Passiva est, nec Hithpael Reciproca semper: ita & hujus (Nithpael) in nonnullis exemplis alia, quam passiva, notio reperitur, nempe נתנבא *vaticinatus est*, נתפלל precatus est נתרצה *voluit, complacuit*, נתענגו ונתעדנו *deliciati & voluptati sunt* &c.

Nota mediam radicalem, si dageschabilis sit, pronunciari fortiter, ut Conjugatio hæc vel Hithpael Ebrææ; vel Itphael Chaldææ respondeat.

5. Etiam *sibilantis transpositio* in hac Conjugane valet: exempli loco sit illud magistorum, משמתו נביאים האחרונים נסתלקה רוח הקדש מישראל *ex quo mortui sunt prophetae posteriores, ablatus est Spiritus sanctus ab Israele.* Adde נזדמן *obvenit*, נצטרך *indiguit, necesse fuit cui* (pro quo etiam נצרך & הוצרך in Niphal & Hophal crebro dicunt) & נצטוה *jussus est*, ut in illo Bechai Num. 11, 15. נצטוינו שלא לנקוד ספר תורה *jussi sumus non punctare librum Legis.*

6. Participia Masculina Pluralia pro terminatione ים sæpissime ין habent, ut pag. 7. n. 4. prædictum fuit & exemplis probatum, quibus alia unius loci ex Maimon. Idolol. c. 4. n. 6. adjicimus: בית דין הגדול שולחין ודורשין וחוקרין *domus judicii magni* (Synedrium, h.l collective acceptum, i.e. judices) *delegantes, inquirentes, perscrutantes erant.* Nec in

Peal sola, sed in aliis quoque Conjugationibus valet, e.g. מצוין *praecipientes* ibid. ex *Piel*: & Raschi in Malach. I. 11. כל תפלת ישראל שמתפללין בכל מקום הרי הן כמנחה טהורה *omnes preces*, inquit, *quas Israelitae precantur in omni loco, ecce sunt instar oblationis mundae*, quod est ex Hithpael.

7. Qui Chaldaismo minus devoti sunt, *P*articipio *P*eïl Chaldæorum pro Paül non facile utuntur nisi in certis verbis, e. g. כְּתִיב *scriptus*, סבירין *putantur, videntur*, Masoretarum nota. Paül autem his frequens est, ut כָּתוּב *scriptus*, אָמוּר *dictus* &c. e.g. במה דברים אמורים *de quo hæc verba dicta* sunt?

8. Loco Infinitivi cum ל construendi, vulgares *R*abbini subinde ponunt Futurum tertiæ Personæ cum eodem præfixo, idque per Infinitivum exponunt, ut supra p. 24. dictum fuit, & plenius in Syntaxi dicetur.

9. Habent etiam Rabbini sua *Quadrata* verba perinde in piel, ac solent apud puriores, formanda. v. g. שִׁעְבֵּד *subjecit* הִרְהֵר *cogitavit, imaginatus est*. hoc enim non ex Hiphil esse, vel inde constat, quod ה in Futuro manet, ut נהרהר *imaginabimur*. Sic etiam דלדל *attenuavit*, דקדק *subtiliter disseruit*, ערבב *confudit*, &c.

10. Hactenus de communi Rabbinismo in formatione Verborum: supersunt quædam Talmudicis propria. Hi enim, ut flexionem Chal-

Chaldæorum, præsertim in Gemara, subinde & sæpius reddunt suam: ita terminationis Chaldaicæ ultimam ת & ו in Præterito κατ' ἀποκοπὴν suo more tollunt, & ת quidem in prima, & tertia Fœm. Singularis; ו autem ex תון, finali syllaba secundæ pluralis Chaldaic. i.e. g. שְׁמַעִי *audivi*, עֲבַרִי *feci*, pro שְׁמַעִית vel שמעית *feci* &c. Sic etiam סקלי *portavi*, אמטי *venire feci, adduxi*, אשתבעי *juravi*. In tertia Fœm. Sing. א interponi solet, index vocalis *A*, id est pathach vel Kamez, ut איטופא *inquinata fuit*, pro, איטופת, a טנף *maculavit*. Sed hæc tertiæ Fœmininæ ἀποκοπὴ, in verbis לה, quam in aliis, frequentior est. Constantius abjicitur ו ex תון finali syllaba secundæ pluralis præteritorum, ut אמרתו *dixistis*, סוהרתו *adomonuistis* &c.

§ ת illud abiectum redit cum Suffixis, ut סקלתיה *sustuli eum*.

11. *Participia* ut sæpius Chaldæa sunt, ita non raro pronominum crasim Syro-Chaldaicam admittunt, v. g. דכרנא *recordans ego*, סברינן *putantes nos*. קטליתו *interficientes vos*, i. e *interficitis*, quæ sunt ex אנא *ego*, נן vel נא *nos*, אתון *vos*.

† Talia Participia Benoni kal Plur, Masc, Judæi vulgo per Pathach legunt, ut גמרינן *discimus*.

12. Infinitivi per omnes Conjugationes, præter formam Ebræam aut Chaldæam, etiam in paragogen ׃ Talmudiſtis finiuntur, plerumque ׳ præcedente, ut קְטוֹלֵי *occidere* Kal; אַכְרוֹזֵי *proclamare.* Aphel. Sic לְאַפּוֹקֵי (Aphel a נפק) *ad excludendum*, לְאִשְׁתְּכוּלֵי *ad intelligendum*, & ſine Cholem ex Communi forma piel לְשַׁקְלֵי *ad ponderandum.*

13. Paſſivum augmentum אִת vel נִת in Talmud ſæpiſſime ת amittit non tantum ante ejuſdem organi literam, ut אִתַּפַּח (ex תפח) *convaluit*, נִדַּלְדֵּל *attenuatus eſt* (ex quadrato דלדל) ſed etiam ante quaſcunque alias, ut איברי *creatus eſt*, איחזי *viſus eſt*, אימסר *traditus eſt*, אִיקְלַעִי *perveni*, *recepi me*, forma apocopatà, de qua jam diximus num. 10.

§ Cetera quæ de Coniugationibus notati poſſent, ex Ebræa & Chaldæa Grammatica conſtare debent, quod Talmudiſtæ utraque lingua promiſcue utuntur, V. g. *Hiphil* & *Aphel* &c.

VII. De Verbis Anomalis.

1. DEFECTIVA Ebræam & Chaldæam indolem ſervant, & quidem Verba *Pe Nun* abjiciunt נ, & per Dageſch compenſant, ut apud Ebræos v. g. a נטל *ſuſtulit*, eſt Imper. טוֹל *accipe*, *tolle*, Fut. יטוֹל *tollet* nec aliter Hiphil, ut Abarb. in Jon. 1. הַטִּילוּנִי

קים

סים ל *projicite me in mare.* Quo etiam referri debent, תִּפַּח רוּחָן *rumpetur spiritus eorum,* לְאַפּוּקֵי *ad adducendum,* Infin. Aphel Talmud ut cap. præced. n. 12 erat לאפוקי *ad excludendum, excepto.* item פוק *egredere,* a נפק ; התיר *permisit,* מוּתָּר *licitum, permissum,* ex נתר: אתצל *ereptus est*, apud Talmudistas.

2. GEMINATA, seu Defectiva *secunda,* etiam leges Ebrææ & Chaldææ Grammaticæ sequuntur. Talmudici Participium Benoni Kal per duplex *Jod* in medio formant, ut ab Rad. עלל est עָיֵיל *ingrediens* כייף *se incurvans*: Infin. לְעַיּוֹלֵי *ad ingrediendum* seu *ingrdi.* quod si ע per Pathach legis, fit Infin. *Paël*, *ad introducendum.* Vid. Cl. Buxt. Gr. Syro-Chald.

Verba PE ALEPH.

3. In Quiescentibus prima א puriores Rabbini nihil fere mutant, nisi quod Infinitivum ab Radice אמר *dixit*, vulgariter formant לוֹמַר *ad dicendum*, *dicere*, כלומר *quasi diceret*, רוצה לומר *vult dicere*, seu, *hoc est.* Huic simile exemplum ex Aruch & Talmud Hieros. Cl. Buxtorfius addit לכול *edere*, sed nequaquam ita usitatum, ut לומר vulgatum Rabbinorum.

4. Talmudici in Verbis פא leges Syro-Chal-

P 5 dæas

dæas sequuntur, & a quorundam Imperativo א abjiciunt, nempe ab אזל ivit dicunt זיל ito, זילו ite, ut [illegible]; ab אתא venit. תָּא veni, ut [illegible] Syrorum. Infinitivus hujus verbi in Kal duplex est, מֵיתֵי & אתויי venire. In Futuro א manet, vel, quod usitatius, in י transit, ut יֵאבַד & ייבד peribit. Aphel י amat, ut אוכל cibavit: aut י in Talmud Jeruschalmi, ut איכל. quam formam Radix אתא constanter servat, ut איתי vel אייתי sit adduxit. Interdum א occulatur, & quidem in Paël, (etiam apud Syro-Chaldæos) ut מליף docens: in passiva, ut איתסאי sanatus sum.

5. In Radice אֲמַר dixit, vere ludunt Talmudici. Nam in Kal finale ר sæpissime in א convertunt, ut אֵימָא dic & dicam, תימא dites, יימא dicet &c. Participium sic coalescit cum pronomine, nempe אמינא, & accedente ק expletivo, קאמינא dicens ego. Infinitivus למימר dicere, quam formam etiam Rad. אזל tenet, ut ליזיל ire, ubi Jod posterius Zere indicat: nec novus hic infinitivus est, sed talis, qui supra. p. 24. n. 4. & p. 36 descriptus fuit. Passive vero ר manet, sed occultato א, ut אִיתְמַר dictum est. Habent quidem etiam אִיתֵימָא, sed valet אית דאמר est dicens quidam dicit.

Verba

Verba Pe Jod.

6. Quiescentium primâ Jod Infinitivus Kal Rabbinis fit plerumque ex Futuro & ל praefixo, ut לֵידַע *scire*, לֵילֵךְ *ire*, ליתב *sedere*, quae Infinitivi forma in nullo Verborum ordine, quam in *Pe Jod*, frequentior est. Talmudistae pariter ליתב *sedere* dicunt, ש in ת ex more Aramismi commutato. Cetera cum Ebraeis conveniunt, aut Talmudica cum Chaldaeis, ut אותיב Aphel *sedere fecit*, *collocavit*.

Verba Ajin Vav.

7. Vulgaris formatio est eadem, quae Ebraeorum, paucis exceptis. Nam Infinitivo Rabbini ל per *Jod* praefigunt, idque per *Chirek* enunciant, ut לִידין *judicare* ליצוד *venari*. Eandem Vocalem interdum in Passivo retinent, ut נִידון *judicatus est*, נידונין *condemnati*, quod videtur formae Nitpheal esse, ת propter cognatum ד absorpto: Est etiam ubi Ebraeam & Chaldaeam formationem conjungunt, in tertia nempe Sing. Foem. Praeteriti. v. gr. Nizzach. Vet p. 7. ואותו יום שבאתה למקדש & *ipso die, quo venit* Maria *in sanctuarium* באה enim Ebraicum est: at באת Chaldaicac flexionis.

8. Talmudistae proprius accedunt ad Chaldaismum

mum. Nam Participium Kal vel in א vel in י mediam radicalem mutat, ut דָּאִין *judicans*, חָיֵים *parcens*. Radix קום apocopen amat in Participio hoc, & Conjugatione Aphel, ut קָאֵי *stans stat*, אוֹקֵי *statuit* v. g. Lipm. n. 27. ex imitatione Talmudicorum אינו קאי למעלה *non stat ad superius*, i. e. non refertur ad præcedens. Participium plurale paël etiam, in י finitum occurrit, ut מְשָׁרִי *cantantes*; In finitivus Aphel aliquando Syrizat, ut אַחְיְכוּ *irridere* vid. Buxt. Reliqua ex Grammatica Chaldæa petantur.

Verba Lamed Aleph & He.

9. Rabbini hæc Verba, apud ceteros Ebræos distinctissima, persæpe pro iisdem habent, & tractant tum mutando, tum abjiciendo, ut ס Ebræorum. v. g. יָצְתָה בת קול *egressa est filia vocis*, seu vox cœlestis, Sanh. pag. 325. pro יצאה: Sic מָצִינוּ pro מצאנו *invenimus*; קוֹרִין & קוֹרִים *vocantes*, *legentes* pro קוראים; קָרוּי *vocatus* pro קרוא (cujus ἀνωμαλίας exemplum est etiam psal. 32: 1. נְשׂוּי *levatus*) passim reperiuntur. Pariter Infinitivus in ת exit, & א in Niphal quoque, perinde ac ה, absorbetur. e. c. Maim. Idol. c. 2. n. 3. ציונו הקב״ה שלא לקרות באותן הם ספרים כלל *præcepit nobis Deus, ne legeremus in libris istis quidquam.* Toldos Jeschu. p. ult. ביום ראשון שבו נבראו שמים וארץ

וארץ *die primo, quo cœlum & terra creata sunt.*

10. Sæpe etiam iidem Chaldaizant, ut נפקת *egressa est*, Maim. c.l. c. 3. n. 4. נעבית *facta est*, cap. 4. n. 2. יהא *erit*, e. c. לעולם יהא אדם ירא שמים *perpetuo sit homo timens cœli*, hoc est Dei. Seder Teph. p. 3. extr. Syrismus videri potest, quando א ante Suffixum הו tertiæ pluralis præteriti interseritur, ut תלאוהו *suspenderunt illam* in Nizzach. Vet. p. 51. 56. 182. quod Syris exemplis, ܩܪܐܘܗܝ *vocarunt eum* &c. comparari potest in porta nostra c. 10. n. 17. Sed etiam extra Suffixum Talmudistæ illud א adhibent, e. g. אייתיאו ליה *attulerunt illi*, Sanh. Cocc. p. 40. o.

11. Ad hæc Talmudistæ prætertia Chaldaice terminant, ut חמי *vidit* חדי *lætatus est*, תנו רבנן *docuerunt magistri*, quod non per י Ebraice. sed per י Chaldaice legendum esse תנו, Elias in Tisbi contendit: ה tertiæ Fœm. & primæ Sing. præteritorum frequenter tollunt, ut הואי *fuit* Fœm. & *fui*, קנאי & קני *acquisivi*, adde quæ supra p. 37. de hac apocope diximus. Idem הואי stat etiam pro Imperativo muliebris Generis, & sapit aliquid Syrismi, e. g. ܪܥܝ *pasce* Fœm. Cant. 1: 8. ܩܪܝ *voca* Joh. 4: 16. ut א vicem Vocalis Dsquopho sustineat. Etiam Futuri & Participii ratio apud hujusmodi scriptores Chalda-

daica est, ut מקרי ל *ne legat*, יחי *vivet*, נהי *erimus* תסויין *eris* Fœm. מולין *implentes*, תנין *docentes* Masc. Nam ן. etiam terminatio Plur. Masc. participiorum est, maxime in Verbis ל״א quiescentibus. Infinitiuus in Talmud peculiaris est & paragogen Jod, ut sæpe dictum adsumit, e.c. חמוי *videre*. Etiam participia Masc. pluralia in י terminant, ut מייתו *adducentes*, ex Aphel, Sanh. p. 340.

* *Verba* ע״א *seu media* ALEPH.

הַיּוֹם יְלִדְתִּיךָ *hodie genui te.* Judæi metaphorice intelligunt, & Aben Eſra quidem confert cum Deut. 32 18. צוּר יְלָדְךָ *petra* (quæ) *te genuit*, i. e. ut Onkelos vertit, דִּי בְרָאָךְ *qui creavit te.* Sed quia ad Davidem applicat, perit emphaſis verbi הַיּוֹם, qui non *hodie* aut *nunc* demum creatus erat. Kimchi אותו היום שנמשח הוא היום שלקחו הא״ל לו לבן *dies unctionis eſt dies adoptionis.* Verum adoptatus dudum fuerat. Addit, היום נולדה בו רוח אלהים *hoc die Spiritus ſanctus in eo natus eſt.* Reſp. de ſanctificantibus donis falſum, quæ a puero habuerat; de *administrantibus* ſine exemplo hæc fingit Rabbi, & præter neceſſitatem a proprietate vocis diſcedit. Myſterium quod quidam in extraordinario Chirek pro Pathach quærunt (vid. B. Glaſſ. Onomatol. pag. 41.) incertum ac dubium eſt, quia idem verbum etiam ita punctatum occurrit Num. 11. 12. יְלִדְתִּיהוּ *genui eum*, & ſimile שְׁאִלְתִּיו *petivi illum* 1 Sam. 1. 20.

אַפְסֵי אָרֶץ *fines terræ.* Kimchi סס קלות הארץ ואפס וקץ קרונים כפניין *sunt extremitates terræ. Nam* אֶפֶס & קֵץ *synonyma sunt.*

תְּרֹעֵם *confringes eos.* Græci vulgares, quos LXX. nomine appellamus, ποιμανεῖς αὐτὰς verterunt, quos alii plures sequuntur: Syrus ܬܪܥܐ ܐܢܘܢ Arabs ترعاهم *pasces eos*, Lat. Vulg. *reges eos.* At genuinam & antiquam lectionem esse תְּרֹעֵם, ex Masoræ nota constat ל׳ וחס׳ hoc est, *non amplius inveniri*, & *defective scribi.* תִּרְעֵם vero (quod sonat *pasces eos*) non est חסר *defectivum*, sed תִּרְעֵם propter Cholem cassum, quod quia Judæi interpretes de *fractione* exponunt, Kimchi & Aben Melech per תשברם *confringes eos*, Raschi תרוצצם *quassabis eos*, Chald. תְּתַבְּרִנּוּן itidem *franges eos*, Aquila προσρήξεις αὐτὰς; à רָעַע potius, *fregit*, quam aliunde deducimus.

שֵׁבֶט בַּרְזֶל *virga ferrea*, Raschi & Aben Esra חרב *gladio*, at Aben Melech הוא מטה *sceptrum est.*

תְּנַפְּצֵם *disperges eos.* Kimchi הוא ענין שבר אבל עם הפזור *sensum habet fractionis, sed cum dispersione.*

הַשְׂכִּילוּ *prudenter agite*, intransitive: Kimchi תנו לבכם *animum præbete.*

הִוָּסְרוּ *erudimini.* Kimchi קחו מוסר ולא תגבהו *accipite disciplinam, nec sitis superbi.*

נַשְּׁקוּ

נַשְּׁקוּ בַר *osculamini filium*. Græci LXX. δράξασθε παιδείας, quos Chald. & Arabs secuti sunt, ille קַבִּילוּ אוּלְפָּנָא *accipite doctrinam* vertendo; hic الزموا الادب *adhærete disciplinæ*. Nihil his cum Ebræo convenit. Aquila καταφιλήσατε ἐκλεκτῶς: Symmachus προσκυνήσατε καθαρῶς. Bene uterque priorem, non autem posteriorem vocem expressit, etsi suffragantem R. Salomonem habeant, qui illam בבור לבב *in puritate cordis* exposuit. *Bar* quidem, ut etiam Hieronymus l. 1. adv. Ruffin. cap. 5. observat, & *filius* dicitur, & *electus* ac *purus*; hoc loco autem *filii* notio prævalet, qui jam tum comm. 7. commemoratus est; & omnino Verbum נשק postulat, quem principes osculentur. Ex vetustis ergo versionibus Syra laudanda est, quæ habet ܢܫܩܘ ܒܪܐ *osculamini filium*, quem sensum Ebræorum doctissimi sequuntur, Kimchi כמו וינשק לכל אחיו ובר כמו בן *eadem notione, quæ est* Gen. 43. 15. *& osculabatur omnes fratres suos: etiam* בר *idem est, quod* בן *filius*. Aben Esra similiter פירוש בר כמו מה ברי ומה בר בטני וכן כתוב בני אתה *sensus vocis* בר *est, qui in verbis* Prov. 31. 2. *Quid mi fili, & quid fili uteri mei? & sic scriptum est* v. 7. *filius meus es tu*. Repetit & approbat Aben Esræ verba Abendana, nostræ ætatis Rabbinus non e multis, licet alias

quoque opiniones dubitabundus admisceat, præsertim illam, quæ ad נוסקי קשת *armatos arcu* 1. Paral. 12. 2. alludit, ficut Raschi nostrum נִשְּׁקוּ exposuerat זרוו עצמיכם *armate vosmetipsos*. Hos refutamus Aben Esræ verbis, והיה ראוי להיותו בור או יכיס תקנו הבר או כלי הבר i.e. *dici oportuisset* בור, *aut* הבר, *aut* כלי הבר, *si armandi* sensus valeret. Nec est quod quis de Syntaxi dubitet, quæ vulgo ל postulat *osculandi* significationi. Nam cum simplici Accusativo reperitur Gen. 33. 4. Prov. 24. 26. etiam apud Rabbinos, ut Aben Esra hoc ipso loco לנשק את מלך *osculari regem*, & Ben Gorion p. 130. col. 2. וינשק את רגליו & *osculatus est pedes ejus* scil. Titi.

כִּמְעַט exponit R. Salomo כרגע מועט *in exiguo momento*: Kimchi אם לא תשובו במהרה *nisi festinanter resipueritis*. Gr. ἐν τάχει, V. V. *in brevi*.

אַשְׁרֵי *beatitudines*. Kimchi ad Psal. I. 1. מלת אשרי היא לעולם בלשון רבים *Vox* אַשְׁרֵי *est perpetuo Pluralis Numeri*. Rationem Aben Melech hanc affert ibidem, לפי שענינו טובות רבות *quia significat multa bona*, quod latius Kimchi ita explicat, כי לא יאשרו האדם בטובה אחת שתמצא בו או בהצלחה אחת שתזדמן לו אלא בטובות רבות שימצאו בו יאמרו עליו אשריו *Nam non prædicant hominem felicem propter unum bonum, quod ei accidit; aut unam prosperitatem, quæ ei obvenit: sed ob multa*

multa bona, quæ in eo inveniuntur, dicunt de ipſo: beatus eſt.

חוסי בו R.Salomo החוסים בו *confiſi in eo.* De conſtructione diximus Canone IV.

Hæc de Verborum interpretatione ex mente & ingenio Rabbinorum. Applicationem triplici quæſtione expediemus, quas ipſi nob Judæi hoc loco movent, & primo quidem.

De Davide an Meſſia agatur?

Recentiores plerique ad Davidem referunt, quidquid in hoc *P*ſalmo de dignitate ali cujus *Uncti* habetur Lipman n. 269. כל המזמור מוכיח
שעל דוד עצמו קאי *totus Pſalmus convincit, de Davide ipſo agi.* R. Salomo & R.D. Kimchi tuentur idem, ſed ita, ut non poſſint diffiteri, aliam majoribus mentem fuiſſe. Sic enim Kimchi in extremo *P*eruſch, יש מפרשין
זה המזמור על גוג ומגוג והמשיח הוא מלך המשיח וכן
פירשו רבותינו זכרונם לברכה · ומבואר זה המזמור
על זה הדרך אבל הקרוב הוא כי אמרו דוד על עצמו
Quidam interpretantur hunc Pſalmum de Gog & Magog, ut UNCTUS V. 2. *ſit Rex Meſſias*, cui Judaei bella cum Gog & Magog gerenda attribuunt *& ſic expoſuerunt Rabbini noſtri f.m. & perſpicuus eſt Pſalmus hoc modo* intellectus. *Sed propius eſt, de ſcipſo Davidem locutum eſſe.* Cur vero deſeratur majorum interpretatio, *R.* Salomo his verbis de-

 cla-

clarat, רבותינו דרשו את ספנין על מלך המשיח ולפי משמעו [ולתשובת המינים] נכון לפותרו על דוד עצמו *Doctores nostri mystice exposuerunt hunc Psalmum do Rege Messia, at secundum literam & ut responderi hæreticis possit* (absunt inclusa Basil. & Venetis recentioribus; non autem ab antiquioribus) *commodum est exponi de Davide ipso* Sed cur non ipsos potius antiquiores audimus?

In Breschit Rabba, libro circa trecentesimum a nato Christo annum composito f. 40. col. 3. ed. novæ wilmersd. tradiderunt, א״ר יוחנן ב״ש שג׳ בהן שאו״ל שלמה ואחז ומלך המשיח · שלמה דכתיב בגבעון נראה ה׳ אל שלמה בחלום · הלילה ויאמר אלהים שאל מה אתן לך. אחז דכתיב ביה שאל לך אות מאת ה׳ מלך המשיח דכתיב שאל ממני ואתנה גוים נחלתך *R. Jonathan dixit: tres sunt, quibus dictum est* שְׁאַל postula, *& hi sunt Salomo, Achas & Rex Messias. Salomo, quia* 1 Reg. 3. 5. *scriptum est: In Gibeon visus est Dominus Salomoni in somnio noctis, & dixit Deus, Postula quod dem tibi: Achas, quia scriptum* Esa. 7: 11. *Pete tibi signum a Domino.* Rex Messias, *quia scriptum est* Ps. 2:8. *Postula a me, & dabo gentes hereditatem tuam.* In Talmud. Cod. Succa cap. 5. pariter, ת״ר משיח בן דוד שעתיד להגלות במהרה בימינו אומר לו הקב״ה שאל ממני דבר ואתן לך שנאמר אספרה אל חק יי אמר אלי בני אתה אני היום ילדתיך שאל ממנה גוים נחלתך *Tradunt magistri nostri: Messiae filio Davidis, qui revelandus est brevi, in diebus nostris,* huic *dicit Deus benedictus:*

Pete

Pete a me aliquid, & dabo tibi, quia dictum est(Psl. 2:7, 8.) *Enarrabo decretum, Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me & dabo gentes hereditatem tuam.*

Unde etiam, qui ex sequioribus candide agunt idem sentiunt, quod majores. R. *S*adias Gaon in Dan.7.13. postquam ad verba: CUM NUBIBUS COELI INSTAR FILII HOMINIS VENIENS, commentatus fuerat וזהו משיח צדקנו *hic est Messias justitia nostra*, ad sequentia ET EI DATA EST POTESTAS, ita notavit, שיתן לו שולטנות ומלכות ככתוב ואני נסכתי מלכי *quia daturus est ei* (Antiquus dierum) *potestatem & regnum, sicut scriptum est* (*P*sal. 2: 6.) *Ego vero inunxi* Regem *meum*. R. Moses Maimonides in Porta Mosis p. 160. Messiæ tribuit قرب من بارية كما قال له בני אתה *propinquitatem ad creatorem suum; sicut dixit illi* (Psl.2: 7.) *Filius meus es tu.* Nihil ergo proficiunt alii, qui psalmum hunc לתשובת המינים ut Christiani argumenti vim effugiant, quod Raschi nobis confessus est, ad Davidem detorquent. Obstat enim præter singularissimam γέννησιν v.7. & cultum divinum v. 12. (de quibus post paullo disputabimus, amplitudo imperii v. 8. non brevioribus, quam orbis terrarum terminis defini-

ti. Nam אַפְסֵי אָרֶץ *extremitates terræ* non de finibus Palæstinae aut vicinis regionibus consueto Scripturae stilo, sed de universo mundo dicuntur, ut patet ex Esa. 45: 22. c. 52: 10. Mich. 5: 4. Zach. 9: 10. &c. Unde ipse Kimchí, postquam se torserat, qui *Ps.* 72: 8. verba eadem Salomoni applicaret, tandem ingenue fatetur ואם על מלך המשיח גם הוא מבואר יותר כי ממשלתו תהיה בכל העולם *si verò de Rege Messia* explices Psalmum *etiam hoc* (de amplissima dominatione) evadit *clarius*, *quia imperium ejus in toto mundo erit*, sicut etiam ad Zach. 9: 10. haec verba exposuit כל העולם *universus mundus*. Sed satis de hisce; ad quaestionem alteram properamus.

An Messiæ divinitas ex hoc Psalmo constet.

Messiae dixit Deus בְּנִי אַתָּה *Filius meus es tu*, non adoptivus, sed naturalis, qui addit הַיּוֹם יְלִדְתִּיךָ *hodie genui te*, quo declaratur, proprie dictum filium, ex essentia Patris genitum intelligendum esse, non על דרך משל כמו שאמרנו עליו פי ה' עיני ה' אזני ה' והדומה להם i. e. ἀνθρωποπαθῶς, *sicut dicimus de illo* os Dei, oculi Dei, aures *Dei*, *& his similia*, ut perperam Kimchi in Tosephot, interpretatur. Nam tum demum per ἀνθρωποπάθειαν a lite-

a literali sensu recedendum est, quando ille aut imperfectionem in Deo aut repugnantiam importat, ut sunt, Deum habere membra corporea: at Deum *genuisse filium ex essentia sua* contradictionem arguere a nullo Antitrinitario adhud ostendi potuit, nec unquam ostendetur. Ineptius idem Rabbi, de, ἐνθρονισμῷ exponit in lib. Radicum, col. 202. כאילו היום ילדתיך למלך *quasi hodie te genuissem regem.* Nullum QUASI in Psalmo, quod gratis finxit & infarsit Judæus: nec usquam gignere idem valet, quod regem constituere. Lipmann. 269. duo contra hujus verbi interpretationem obiicit, לשון ילדתיך אינו שייך כי אם על שאם היולדת סבן אבל על אביו צריך לומר הולדתיך. אלא ילידתיך האמור כאן אינו לשון לידה אלא לשון יחוס שיחסו למלכות והוא מלשון ויתילדו על משפחותם *significatus verbi* ילדתיך *non convenit nisi matri parienti filium, sed de patre necesse erat dicere* הולדתיך genui te. *Verum* ילדתיך *quod hic dictum est, non habet significationem nativitatis, sed genealogiæ, quod genealogia ejus ad regnum sit referenda, & hoc est ex significatione,* (quæ invenitur in verbis Num. 1 : 18.) *& professi sunt natales secundum suas familias.* Sed in fumum abeunt, quæ tam operose congessit Lipmannus. Nam prius ipse Kimchi in Radicibus, col. 202. confutavit hac regula קל על סנקבה ברוב ופעמים על הזכר *Kal* [Rad. ילד) *de fœmina ut plurimum dicitur: sed aliquoties*

ties

ties etiam de mare. Masculina enim exempla sunt Gen. 4:18 cap. 10. 8. 15:24. Prov. 23: 22. &c. Posterius alienum prorsus est, nec congruit ab Hitphael ad Kal significationis caussa argumentari, nisi eadem significatio exemplis aliis in ipsa Kal probari possit.

Kimchi in Tosephot ad hunc Psalmum vim sentiens argumenti Christiani כי הבן הוא ממין האב *quod filius sit ejusdem naturæ, cujus est pater;* ita nos aggreditur אמור להם כי לא יתכן באלהות אב ובן כי האלהות לא תפרד כי אינו גוף שיפרד אלא אחד הוא בכל צד אחדות לא ירבה ולא ימעיט ולא יחלק *Obiice* inquit, *illis* [Christianis,] *divinitati non convenire patrem & filium, quia illa indivisibilis* est, *nec corpus habet, quod dividi possit, sed una est omnibus modis unitatis, non multiplicat* (se) *non diminuit, neque dispert.* Verum ἐν ἀρχῇ λαμβάνει Judæus, dum solum corporeum patris & filii relationem recipere posse contendit. Nec contradictio est, essentiam divinam esse indivisibilem, & tamen in ea dari plures personas. Est & manet indivisibilis in plura adæquate talia, hoc est in plures essentias, & nihilominus pluribus, nempe personis communis est eadem indivisibilis essentia, quod quia non eodem respcctu fit, non metuenda est ulla contradictio.

Pergit Judæus objiciendo, שהאב קודם לבן בזמן ומבוא שהאב יצא הבן· ואף על פי שלא יתכן זה מבלי זה

זה בקריאת השמות כי לא יקרא אב עד שיהיה לו בן ולא יקרא בן אם לא יהיה לו אב · מכל מקום אותו שיקרא אב כשיהיה הבן הוא קדם בזמן בלי ספק · hoc est, *pater præcedit filium tempore, & de potestate patris educitur filius, & licet neuter sine altero possit esse, quod ad prædicationem nominum attinet, quia nemo dicitur pater, antequam habeat filium, neque vocatur filius, nisi sit ei pater :tamen ipse, qui dicitur pater, cum existit filius, tempore antecedit illum sine controversia.* Imo vero controversia magna est, nec probatum, quod repugnet patrem esse, qui tempore non sit prior filio. Etenim si paternitas in eo consistit, ut מכחו יצא הבן *de potestate patris prodeat filius*, quod jam dixerat Kimchi; nihil obest, quo minus æternus pater, cujus כחו æterna est & ab æterno potuit generare, ab æterno etiam habeat filium, cum, quæ dispar ratio in corporeis est, ab imperfectione illorum sit, quam de perfectissimo ente, Deo, ne cogitare quidem fas est. Ad corporea uero si Judaei Inductione provocant, particularitatis vitio argumentum laborabit.

Adhaec ex versu 8 pugnat idem Kimchi, איך ישאל הבן לאב והלא הוא אל כמוהו ויש לו כח בגוי' ובאפסי הארץ כמוהו *quomodo petet filius a patre? nonne hic Deus est* (ex Christianorum hypothesi) *sicut ille, & potestatem habet in gentes ac fines terræ perinde ac ille?* Respondemus cum

cum nostris Theologis de Christo hæc, quæ de petente filio dicuntur, secundum carnem, non secundum Deitatem intelligenda esse. Quæ contra Kimchi objiciat, quæstione tertia examinabimus.

Interea aliud sententiæ nostræ robur adducemus, ex versus 12 verbis אַשְׁרֵי כָּל־חוֹסֵי בוֹ *beati omnes, qui confidunt in eo*, Filio nempe quem Deus genuit, & regem constituit hujus universi, & quem alii reges ac principes adorare jubentur. En, inquit, B. Gejerus, fortissimum divinitatis Messiæ argumentum! Securi hîc sunt Judæi, quasi ad " Deum, non ad filium & Messiam illud בו referatur. At vero proxime antecessit בר *filius osculandus*, ad quem natura sua Pronomen referri Filioque divinum honorem, ut vero Deo, vindicari postulat. Sunt, qui Chaldæum in partes vocant, qui בו illud בְּמֵימְרֵיהּ *in λόγῳ ejus* traustulit. Alii vero dubitant, paraphrastas; præsertim posteriores, mysterium in hoc verbo quæsivisse. Vid· Cl. Hacksp. ad Lipman. p. 366. Sit jam quæstio ultima.

An Jesu Nazareno hic Psalmus applicari possit?

Manibus, pedibus repugnant Judæi. Lipman ex v. 6. blaspheme, sed non impune quærit

rit אימתי מלך הנוצרי על ציון *quando regnavit Nazarenus in Zione*? Regnat omnino, & regni ejus non erit finis. Sicut autem prædictum fuit a multis vatibus, Messiæ tempore ubique terrarum divinum cultum fore Esa. 19. 19. Malach. 1. 11. non alligatum solis Hierosolymis, ut antea; ita *Zion* in Messiæ diebus non unus est Judææ mons, sed universa Ecclesia, toto orbe diffusa Esa. 2. 2 3.) quod conferri potest cum Ebr. 12. 18. 22. (cujus Rex est Nazarenus ille, in quo Judæi jam illudunt, nimis autem sero intelligent, את אשר דקרו *quem perfoderunt* Zach. 12. 10. Apoc. 1. 7.

Idem Lipman ex 7 versu telum aliud depromit אותו יום של הלידה היה בימי המשורר דוד ואיככה יטעו לפרשו על המעשה שאירע לסוף בית שני *ipse*, inquit, *dies nativitatis fuit tempore auctoris* [Psalmi] *Davidis: quomodo ergo errant explicando illud de re, quae contigit circa finem Templi secundi*? Nonne vero Dei hæc verba sunt, *Dixit Dominus ad me* &c. apud quem simplex æternitas est & fluxus ejus unicus semperque præsentissimus, nihil præteritum, nihil futurum? Unde illud ipsum *Hodie* Mich. 5: 2. exprimitur כְּקֶדֶם וּמִימֵי עוֹלָם id est *ante secula*. Exemplum si postulat Judæus, ubi הַיּוֹם *hodie* a limitibus temporum circumscriptis eximatur, damus ex Psalm. 95. 7. cujus loci *hodie* valet *semper* καθ' ἑκάστην ἡμέραν

μέραν, ut divinus Apostolus Ebr. 3, 13. reddidit.

Kimchi cit. loco distinctioni nostræ, Christum non ut *Deum*, sed ut *Hominem* a Deo patre petisse [v. 8.] ita reclamat, אם יאמרו לך כנגד הבשר אמר אחר שלקח האלהות הבשר ואמר לבשר שישאל ממנו ויתן גוים נחלתו · לא היה זה כי הבשר לא היה לו מלכות ולא שום שולטנות על גוי מהגוים · ואם יאמרו לך כי על האמונה אמר שיקבלו אמונתו: רוב העולם בין יהודים בין ישמעאלים שלא קבלו אמונתו hoc est, *Si inquient* [Christiani] *secundum carnem dici, postquam assumsit Divina natura Humanam, & dicere* [Patrem] *Humanæ* [Christi] *naturæ, ut peteret ab ipso, quo daret gentes hereditatem suam*: [respondebis] *non ita esse, quia Humana natura nou habuit regnum, nec quidquam potestatis in ullam gentem. Et si tibi dicent, quod de fide sermo sit, quod accepturæ sint* [gentes] *fidem ejus; responde, magna pars mundi tam Judaei, quam Turci* [sunt] *qui non receperunt fidem ejus*. Verum est, non esse Christi regnum *mundanum*, Joh. 18. 36. sed *spirituale*. Quod vero & hoc Salvatori ex numero infidelium, qui obstet universalitati, Judæus denegat; næ ille vehementer errat. Spirituale enim Christi regnum non tantum *gratiae* est & in Ecclesia; sed etiam *potentiae* per totum orbem diffusum, ubi in *medio hostium* suorum [Psal. 110. 2.] & sic inter ipsos Turcos & judæos potenter dominatur,

natur, hos captiuitate diuturna puniendo; illos compescendo & reprimendo, ne crudelius, quam Deo visum est, in sanctam Ecclesiam sævire possint.

Hæc sunt, quæ in mentem nobis venerunt de *R*abbinismo cogitantibus. Fugisse quædam memoriam nostram aut notitiam quoque, non dubitamus, præsertim quod hæc lex humanitatis est, qua veniam nobis paratiorem ab iis speramus, qui æqui judices sunt, nec se homines esse ignorant. Doctis & exercitatis non scripsimus: ad tirones hujus studii si quid commodi accedet ex libello nostro, omnia nos consecutos esse putabimus. Neque enim plura aut majora nobis proposita fuerunt. Quæ de scriptura Ebræo-Germanica adferri possent, sub calcem Thesauri Grammatici Buxtorfiani inveniuntur copiose & perspicue explicata, etiam genuino charactere, qui a cetero *R*abbinico nonnihil differt, accurate proposita.

ADDENDA.

Pag. 14. Pronominibus Talmudicis ex Chaldaismo addatur & Singularibus quidem אינא *is*, *ille*: Plural. אינון & אינין *illi*, *illæ*, quod Hierosolymitane cum Præfixis א amittit, ut דיכון *quia illi* Pag. 44. l. 2. adscribatur: Plur. יהו: *erunt*, e. g. Raschi in fine Psal. II. Pag.

45. classi primæ *P*articularum addatur עַל הָרוֹב & בְּרוֹב *plerumque, ut plurimum*. P. 58. 59. voces omissæ suo loco reddantur המתין *exspectavit*. ציר *formavit*, שיך *convenit*, &c.

F I N I S.

Clarissimi Viri

JOHANNIS DRUSII

DE

PARTICULIS

CHALDAICIS,

SYRIACIS,

THALMUDICIS

ET

RABBINICIS

Liber Singularis

Significationes litterarum quibus usi fuimus in hoc opusculo.

Ch.	Chaldaicum.
Eb.	Ebraice.
Jero.	Jerosolymitanum.
Jon.	Jonathan.
M.	Massoriticum.
On.	Oncelos.
R.	Rabbinicum.
Sy.	Syriacum.
Th.	Thalmudicum.

Claris. & reverendo viro,

D. GULIELMO THORNO

Doctori Theologo & Decano Cicestrensi, Regio quondam linguæ sanctæ Professori, &c.

L*Ago Christianus amicus olim tuus, Reverende Domine, inter eos fuit qui me hic in Frisia privatim & publice docentem audiverunt. Sub discessum suum ultimum ex his locis petiit a me ut de particulis Chaldaicis, Thalmudicis & Rabbinicis aliquid conscriberem. Feci, ut vides, eique licentiam feci sub nomine suo, si vellet, edendi. Statuerat ille addere particulas Arabicas, quam linguam in Gallia didicerat: sed morte præventus neutrum præstare potuit. Obiit in itinere, nescio ubi, cum domum rediret ex longinqua multorum annorum peregrinatione. Utinam Deus illi vitam longiorem concessisset: fuisset absque dubio patriæ suæ non vulgare ornamentum. Nam eos fecerat progressus in linguis Orientalibus, ut illas cum fructu, imo cum laude, docere potuerit. Tales autem hodie*

necessarii potissimum in Academiis, ubi sciolorum plena sunt omnia. Et senes & juvenes profitentur quod non intelligunt. Satis est si legere sciant. O utinam omnes non nescirent. Quanta est copia talium, tanta est inopia eorum qui solidam eruditionem adepti, alios recte ac methodice instituere queunt. Nam nemo docere potest quod nescit. Quamobrem optanda erat huic viro Juveni vita longior, si Deus ita voluisset. Nunc aliter ei visum, in cujus manu vita & mors, cui nemo potest resistere. Plura vellem, sed impedit dolor, quem ex ejus immaturo obitu concepi. Eum lenit ac mitigat recordatio eorum quæ R. tua filio meo Johanni annis superioribus in Anglia præstitit. Quo nomine me devinctum sibi habet & habebit, quoad vivam, ut cum maxime.

Deus reddet præmium tantis meritis dignum. Interim accipe, quæso, abs eo hoc munus levidense, quod gratum erit (ita spero quidem) vel propter alterum me, quem amas: vel propter Lagonem, quem aliquando familiarem habuisti. Taceo quod usui erit, si velis, studiis tuis Ebraicis, in quibus eousque processisti, ut etiam Ebræa legere possis absque punctis. Quod inter paucos hodie tibi datum divinitus, R. tuam apud me commendabilem, apud alios admirabilem reddit. Bene vale. Ex museo nostro, mense Augusto, anno Christi MDCVIII.

Tuæ R. addictissimus

JOH. DRUSIUS.



DE
PARTICULIS
CHALDAICIS,
SYRIACIS,
THALMUDICIS,
ET
RABBINICIS,

Liber singularis.

De particulis incipientibus ab א.

ב אַגַּב, propter, אֵצֶל, juxta, prope: idem videlicet quod גַּב, ut א redundare videatur, ac nescio an scribi possit אֲגַב cum chateph patach sub Aleph, ut אֲדַם scribimus pro דם sanguis, & אִידָא pro יְדָא manus אַגַּב propter

pter, id est בְּגִין vel בְּשְׁבִיל R. Salo. Hos. VII.

אֲנַב post, id est אַחַר. Munsterus in lexico Chaldaico.

אֲנַב דְּ propterea quod.

אֱדַיִן tunc, ex Ebræo אָז vel אֱזַי, Zain in Daleth versa. בֵּאדַיִן idem, in quo ב redundare videtur Chaldaicum.

בְּאַבְּיִן in tunc, ut, *in ante*: quod in Latio repertum.

אַדְהָכִי interim. Thalmudicum.

אַדְּכִי adhuc, ἔτι amplius. Th. אַדְּרַבְּ & אַדְּרַבָּא & אַדְּרַבֵּי contra. Thalmudicum.

אֶחָד unus. Ebraicum. Sed apud Magistros peculiarem usum habet cum dicunt אֶחָד עָנִי אֶחָד עָשִׁיר sive pauper sive dives, non refert, ei respondet apud Latinos *sive* geminatum: item *tam quam*, *tum cum*.

אַחֲרֵי דְנָה postea. Dan. 2: 29.

אַמַּאי cur, quid ita, quamobrem. Th.

אִי cum chirec, non; ut אִי אֶפְשָׁר ἀδύνατον: אֵי cum tsere, ubi, id est. אַיֵּה. Videndus Thesbi. אֵי מִכָּן unde: אֵי מִכָּן אַתְּ unde tu es?

אִי si, & repetitum, *sive*, id est אוֹ. Exod. 19: 13. in Jerosolymitano. אִי בְעִיר אִי גְבַר sive bestia, sive vir. Ebraice אִם.

אֵידִין quisnam.

אֵיכָא vel אֵיכָּא ubi. Ebraice אֵיכָה.

אֵימַת & לְאֵימַת quando, ἡνίκα.

אֵימָתַי idem. Compositum videtur ex אֵי & מָתַי. Aut Jod est paragogicum, ut in אֵיתַי est

אִיכָּיִן

אֵיכְדֵין quomodo & הֵיכְדֵין ex אֵין sive הֵין & דֵין. R.

אִין si, quod scribunt אִו, & iteratum, *siue* in Jonath. Exod. 19:13. ex Ebraico אִם quod Oncelos ibi usurpat. Quamvis dialectus Chaldaica ם in ן mutare consuevit.

אִית & אִיתָא est, vel sunt. אִיתַי idem Dan. 2:10. Originem habet ex Ebræo יֵשׁ Jod in Aleph versa, & שׁ in Thau, ut mos est Chaldæis. לָא אִיתַי non est. Ezræ 4:16. לֵית idem. Id contractum ex eo: לָא non & אִית est, & est frequens apud criticos Ebræorum, quos Massoritas vocant. כְּדְאִיתָא sicut est. אִיתוֹהִי est ipse & אִיתוֹי, quod in textu Ebraico Estheræ יֶשְׁנוֹ. Pro אִית Thalmudici dicunt.

אִיכָּא est, & לֵיכָּא non est. Plenum esset לָא אִיכָּא. Redditur etiam, sunt, & לֵיכָּא non sunt. אִיכָּא דטרכן sunt qui insectantur. Proverb. XIX:7.

אֵל Particula cum מ ante se reciprocationem significat: מֵאֵלָיו ex sese, מֵאֲלֵיהֶם ex seipsis; quod scribunt מאילירם. forte legebant מֵאֲלֵיהֶם. Nam Jod etiam chateph segol indicat. Autor Elias tantum in tertiis personis inveniri. Sic מֵאֵלֶיהָ ex seipsa, quod explicat מֵעַצְמָהּ: *non enim dicimus*, inquit, מֵאֵלַי *ex me*, מֵאֲלֵיכֶם *ex vobis*, מֵאֵלֵינוּ *ex nobis*. Expende.

אֶלָּא nisi, sed, tantum, duntaxat. Jes. 64:4. in commentariis Salomonis Jarchi, & Davidis Kimchi, כל הנביאים לא נתנבאו אלא לימות :

המשיח אבל לעולם הבא omnes prophetæ non prophetarunt de Messia tantum, sed de seculo venturo. Verba sunt Samuelis cujusdam ex monumentis τῶν μακαρίτων magistrorum. Hanc particulam opinatur Mercerus esse ex ἀλλὰ Græcorum. Elias quoque ait dictionem Græcam esse, quam explicat per כִּי אִם & רַק & אַךְ. Potest ita esse: tamen inclino ut credam dictionem compositam esse ex אִם, vel certe אִן, & לָא: cui firmando segol quod sub Aleph.

אִן לָא si non, אֶלָּא & אֶלָא. Simile in antiquitate, Hellel pro Hillel. Sic medras hodie pronuntiant ipsi Judæi, quod tamen scribunt מִדְרָשׁ. Quod Elias nequicquam ac frustra miratur.

אֶלָּא אִם כֵּן nisi si sic, id est nisi alioqui. Rabbinicum.

אֱלָהֵן nisi, sed, præterquam. Gen. 21: 26. in Oncelo & Jonatha: item Gen. 24: 30. & 40, 14. Ubi codex Ebræus habet כִּי אִם, & Lxx. reddunt ἀλλὰ, & Hiero. tantum, & Fagius, veruntamen. De scriptura hujus particulæ dubito, & forte melius est ut אֶלָּהֵן scribatur: sed nihil decerno.

אֲלוּ ecce. Dan. 2. 31.

אִלּוּ idem quod אִלֵּין isti ilii, illæ.

אִלּוּ cum accentu in ultima & Hirec sub Aleph, si: unde כְּאִלּוּ ac si. Esth. VII: 4. & alibi passim

אִלּוּלֵי פוֹן & אִלּוּלֵי nisi. Chaldæi utuntur pro לוּלֵי &

& לוּ & אִלוּ per chirec. Elias exiſtimat dictionem compoſitam eſſe ex אִם ſi & לא non: cui in eo non plane aſſentior. Nam eo labor ut credam potius ex לוּלֵי & אִם conſtare. Scribunt autem אִלוּלֵי פוֹן conjunctim, & אִלוּלֵי פוֹן disjunctim, variantibus libris. *P*lura in פוֹן. R.

אֵלָךְ ultra, id eſt, הָלְאָה, ut cum dicunt מִכָּאן וְאֵלָךְ καὶ ἐπέκεινα. Geminatum אֵלָךְ וְאֵלָךְ valet huc illuc. Elias interpretatur מִכָּאן וּמִכָּאן hinc inde, vel מִזֶּה וּמִזֶּה vult dicere מזה הצד ומזה הצד ab utroque latere, ſive ab hoc & ab illo, ab utraque parte. מֵאֵלָךְ deinceps.

אִלְמָלֵא niſi, cum א in fine. אִלְמָלֵי מוֹרָא מַלְכוּת abſque, ſive, niſi eſſet metus regni.

אִלְמָלֵי ſi, cum jod in fine. אלמלי נגדו להנניה ſi per torturam examinaſſent Hananiam, Fagio interpretante. Vide Thesbitem Eliæ.

אַלְתַּר, unde לְאַלְתַּר ſtatim, ſubito, confeſtim. Hiſcuni exponit מִיַּד e veſtigio: Elias תֵּכֶף ſtatim,

אַמַּאי quid, idem quod מאי, quod ſcribes מִי Manahem in Geneſin אמאי איקרי יבשה quid vocatur arida?

אָן ubi, πῶ. אַן cum patach ſcriptum Gen. 19:5. in Oncelo, & האן cum He in Jonatha. Ebraice אַיֵּה ubi. Sed Gen. 22:7. הָאן cum camets. לְאָן quo: מִנַּן unde, pro מִן אָן Reperies etiam מְנָא ultima reſecta, & forma duali מְנַיִן in Thalmud, ex Ebræo מֵאַיִן, quod ſcribunt unico Jod

jod מנין ut eo facilius a מנימן discernatur, quod legunt מִנְיָן numerus, æra. Unde & מִנְּלָן & sine apicibus מנאלן pro מִן אַן לָן unde nobis ? לָן Syriacum est pro לְנָא. Dicunt & אִי מִנָּן unde. Cæterum אִי in lingua Ismaelitica, hoc est Arabica, idem valet quod נָא nunc, id est, עַתָּה. Testis Abenezra in comment. Gen. XII : 12.

אִן si, quod scribunt אִין Gen. 43 : 14. Oncelos habet אִם, ubi אִין in Jonatha. Hoc mere Chaldaicum, illud etiam Ebraicum est. אִם כֵּן si sic, ergo. אִי repetitum Exod. XIX : 13. אִן בְּעִירָא אִן אֱנָשָׁא sive bestia sive homo : hujus & supra meminimus.

אָסְפַּרְנָא numerò, celeriter. Ezræ. v. 8. vi. 8. Vide Quæstiones meas. Mercerus exponit *diligenter* : alius, *festinanter*, *ilico*. Si bene memini, Franciscus Raphelingius pater ita olim exposuit : sed ubi nescio.

אַף & אַף, quod scribunt אוּף. Illo usus est Oncelos : hoc Jonathan Gen. VI : 4. אוּף repetitum valet tam quam Gen. XLIII : 7.

אַף כֵּן itidem, similiter. R.

אַפִּילוּ, vel potius אֲפִלּוּ, etiamsi, ex אַף & אִלּוּ . Elias, Caninius, Mercerus.

אַפִּילוּ etiam & אֲפִילוּ הָכִי Genes. XXVI : 33. in Jonatha, pro quo in Oncelo אַף, & in Ebræo גַּם etiam. Sunt qui ex אַף & לוּ componunt.

אַף אֱלָהִין quanto magis. Ebra. אַף כִּי.

אַף עַל גַּב idem. Th. & R.

אַף

אַף עַל פִּי, vel unicà voce אַפְּעַלְפִּי quamvis, licet; sequente ש, ut cum dicunt על פי שלא עבדו ע"ז quamvis non coluerint idola. Fere compendio utuntur scribentes per sigla אעפ"י שכל ישראל ישובו quamvis omnes Israelitæ revertentur.

אַף עַל פִּי כֵן quamvis ita, id est tamen, *ἀντίστροφον* superioris.

אפוקי cum Lamed. לאפוקי רוב נוסחאות in plerisque codicibus.

אֶפְשָׁר *δύνατόν ἐστι*, possibile est, fieri potest.

אִי אֶפְשָׁר *ἀδύνατόν ἐστι*, non est possibile. R.

לָא אֶפְשָׁר vel לֵית אֶפְשָׁר *οὐκ ἐστὶ δύνατον*. Chald. Invenitur & cum affixis.

אֲרֵי ecce. Ebraice הִנֵּה sive הֵן en. Supra est אֱלוּ eodem sensu. Sic אלה & אָלָה maledictio, diræ. Nam ל & ר alternant. Sic Græcé *κλίβανος* & *κρίβανος*, id est, clibanus.

אֲרֵי quia, quod. Ch.

אֲרוּם idem. Jerosolymitane: & אֲרוּם.

אֱלָהֵן verum *Ruth*. 1. 11.

אֶתְמָלֵי heri, ex Hebræo אֶתְמוֹל. Ergo Cholem ex more in Camets mutavit, & jod addita per paragogen.

De

De particulis incipientibus a littera ב

בִּי usurpant Chaldæi pro ב servili, ut Cantic. I.

בִּיהִיא שַׁעְתָּא ea ipsa hora.

בְּגִין propter, recipit affixa, בְּגִינִי propter me, בְּגִינְהוֹם propter eos, Gen. 18: 26. in Jonatha. בְּגִינָךְ in eodem, ubi in fonte לְמַעַן אֲשֶׁר. Vide, si placet. בְּגִין כֵּן propterea, Gen. 42. בְּגִין כִּי Thren. I. I.

בְּגְלַל idem, in Caninio sed forte legendum בְּגְלַל, quæ est particula Ebraica, nota in vulgus בִּגְלַל, unde מִן בִּגְלַל דְ propterea quod. Exod. XIX. 18. in Jonatha: מִן בִּגְלַל דִיהֵימְנוּן ἵνα πιςεύσωσι, ut credant Exod. IV.: 5. in eodem.

בְּדִיל idem quod בְּשֶׁל propter.

בְּדִילִי propter me. Ebraice בְּשֶׁלִּי mea causa. Nam דִי est ש Ebræorum. בְּדִילְהוֹן propter eos, Gen. XVIII. 26 in Oncelo.

בְּדִיל דְ ἵνα, ut Gen. XVIII: 19. & Exod. IV: 5. in eodem. בְּדִילָךְ propter te Genes. XII. nec invenitur absque. ב

בִּגְלַי quod scribunt בגלאי cito, celeriter. forte an a גלל vulgo. Nam ordines hi de facili permutantur inter se.

בִּקְדֵי dum, donec. Th.

בהדי propter, ut in proverbio illo vulgari בהדי הוצא לקיא כרבא propter folium vapulat caulis: quod alibi legitur בדיל הוצא eodem

dem ſenſu. Eſt autem adagium Thalmudicum.

כַּהֲדִי mecum, apud me, id eſt עִמִּי aut אֶצְלִי ait Elias in Lexico Chaldaico, quod Methurgeman vocat. R.

כַּהֲדָדֵי ſimul. Thalmudicum.

בְּהֶדְיָא certe, ſane. In libro fidei, qui Ebraice ספר אמנה, cap. v. aperte manifeſto. Ibid. cap. VII. ei opponitur בִּרְמִיזָה nutu. Exponunt autem בבירור, clare, aperte. Videtur Græcum eſſe *ἰδίᾳ*, privatim, ſpecialiter, præcipuè: quamvis ſignificatio non uſque adeo conveniat. Aſpíratio autem addita, ut in הֶדְיוֹט *ἰδιώτης*, הנדיא India, & aliis nonnullis. Poſſet dici לְהֶדְיָא *τῇ ἰδίᾳ*, cum ל. Quod Elias ſe alibi legiſſe ſcribit, ſed neſcit ubi. Sic reperies לְהַדִי circa, juxta. De quo in הדי.

בֵּין repetitum valet ſive, vel partim, ut Zach. XI: 5. In Camianis בין טוב בין רע partim bonis, partim malis.

בֵּינֵי idem quod בֵּין inter. Gen. XLIX: 14. in Jeroſolymitana editione. בֵּינֵי תְּרֵין תְּחוּמַיָּא inter duos terminos.

בֵּין כָּךְ interim. Rab.

בְּכַךְ, ſic ita. R.

בְּכֵן tunc Exod. XV: 1. in Jonatha & Jeroſolymitano. Sed in Oncelo בְּכֵין cum Jod. Hæc particula obvia hoc ſenſu Gen. XLIX: 5. & in textu Ebraico Cohel. VIII: 10. item Eſth. IV: 16. In Eccleſiaſte Thargum habet בְּקוּשְׁטָא vere. Mercerus

rus annotat accipi etiam pro לְכֵן ideo, propterea. *R* bb inicum.

בְּלָא sine, absque, *ἄνευ R.*

בִּסְטַר juxta, prope, idem videlicet quod אֵצֶל. Verbum e verbo, *in latere.* Nam סְטַר latus. Dicunt etiam צַד eodem significatu; unde בְּצִדָּךְ in latere tuo, id est, juxta te vel coram te. In Lexico Munsteri צִדּוֹי juxta eum.

בַּר sequente מן præter, extra. In Massora בר מן א׳ præter unum. Cum affixis בַּר מִנִּי præter me: בַּר מִנָּן absit a nobis. בַּר מִן טַפְלָא exceptis parvulis. בַּר מִן כַּפְנָא קַדְמָאָה præter famem primam sive priorem. Ebra. מִלְּבַד, vel certe לְבַד מִן.

בַּר & בָּרָא foris vel foras. חֵיוַת בָּרָא fera agrestis, quæ videlicet foris in agro vitam degit. נָפְקַת בָּרָא foras exiens mulier, id est meretrix, juxta illud Salomonis, *in domo non habitant pedes ejus,* לְבָרָא foras. מִלְּבָרָא *ἔξωθεν.*

בְּרַם verum, verum tamen. Dan. 2: 28. utique Hos. 2: 23. *ἀλλὰ*, sed, id est כִּי Gen. 18: 15. tantummodo, duntaxat, Gen. VII: 23. in Oncelo. Sumitur & pro אַף etiam Job. XXXII.

בִּשְׁבִיל propter: idem cum בַּעֲבוּר, nec sine ב invenitur. בִּשְׁבִיל כָּךְ propterea quod. בִּשְׁבִיל כָּךְ וְכָךְ Rabbinicum.

בְּתוֹךְ כָּךְ interea, interim R. Salomo Exod. XXXII: 2.

בָּתַר

בָּתַר post. בָּתַר כֵּן postea Gen. VI: 4. quod Rabbini אַחַר כֵּן dicunt. בָּתַר כְּדֵין idem Exod. V. 1. in Jonatha: מִבָּתַר כְּדֵין XXXIV: 32 in eodem, pro quo in Oncelo בָּתַר כֵּן. Vide, si dubitas. בָּתַר דְּנָה Dan. VII: 6. בָּתַר כְּדוּ & בָּתַר הָכֵי Gen. VII: 11. in Jonatha. בָּתַר דְּ postquam.

בָּתְרָךְ post te. Dan. II: 13. בָּתְרוֹהִי post eum &c.

בְּבָעוּ quæso, obsecro, Gen XLIII: 19.

בְּבָעוּ מִנָּךְ quæso te. XLIV: 18.

בְּמָטוּ idem & בְּמָטוּ מִנָּךְ obsecro vel quæso te.

Usurpant etiam pluraliter, pro quæsumus. Sic בְּבָעוּ

De Particulis incipientibus a littera. ג

גַּב cum, id est עִם. Sic usurpat Thargum, quod ab Urbe nomen habet. Jerosolymitanum enim dicitur. גַּבֵּה cum illo: גַּבָּךְ tecum. גַּב proprie latus. Rabbini utuntur pro אֵצֶל juxta, prope, גַּבִּי apud me.

גַּבָּן apud nos: & more pluralium, גבוי apud illum, quod & גַּבּוֹהִי. Reperio & גַּבֵּיה ad illum. Id ex Jerosolymitano citat R. Salomo Hos. VII: 7. Significat etiam a, ab, ex, de. גַּבּוֹי, abs illo.

גַּבֵּי idem. גַּבֵּי מִיתַת מֹשֶׁה de morte vel obitu Mosis. גַּבֵּי אוּמָּן ab artifice Hos. VIII: 6. Huc pertinent proprie גַּבּוֹי, de quo supra. עַל גַּבֵּי super

ſupra, גַּבֵּי הָאִילָן ſuper arbore, vel ſupra arborem Th. Rab.

גַּו proprie medium, quod in regimine facit גּוֹ, vau quieſcente, ut בְּגוֹ קַרְתָּא. in medio urbis. Tranſit in particulam indeclinabilem, quoties ל proponitur aut מ, aut ל et מ ſimul. לְגָו intrinſecus Exod. XXVIII: 26. in Oncelo. Nam in Jonatha eſt לְגֵיו cum tſeri: מִגַּו intra, מִלְגַּו vel מִלְגֵו abſque dages, intrinſecus. In Munſtero invenies מִלְגָיו inſerta litera Jod, ut ſupra in Oncelo. Cum affixis בְּגַוֵּיהּ in medio ejus, intra eum בְּתוֹכוֹ.

גַוָּאָה interior. Nomen adjectivum. R.

גּוֹן, unde כְּגוֹן ſicut, quemadmodum; idem videlicet quod כְּמוֹ. Rab. Sine Chaph non invenitur, quod ſciam.

גְּמִרֵי, ſed non ſine lamed, לִגְמִרֵי in totum, in univerſum. Th. et R. Alii ſcribunt לִגְמֵרֵי cum tſere.

גַּרְמֵהּ cum Beth בְּגַרְמֵהּ ipſiusmet. Levit. VII. 19. in Jonatha.

De Particulis incipientibus a littera ד.

ד et דִּי valent אֲשֶׁר, idem videlicet quod שֶׁ cum ſegol. Significat etiam לְמַעַן Dan. 2: 16. דִּלֵי cujus, cui: כְּדִי a quo: דִּילִי meum Gen. XLVII: 6. pro דִּילִי niſi mendum eſt. Geminatum.

דִּידִי meum: בארעא דלא דידי in terra non mea. Gen. XLII: 9. in Jonatha.

עַד דִּי quousque: דִּי דְהַב auri sive ex auro. דִּי כְסַף ex argento, Dan. 2:32.

דִּיבְרָא qui creavit. Cum duplici Jod דיי, quod legunt דַּי αὐτάρκης, idoneus, sufficiens.

דִּלְהָכִי tametsi. Thalmudicum.

דִּלְמָא ne, nequando, μήποτε Gen. XXXI. 31. in Oncelo & Jonatha: ubi codex Ebræus habet פֶּן, quod reddunt, ne forte: malim, ne quando. Thalmudici dicunt שֶׁמָּא. Vide sis Eliam in Thesbite de hac particula. Deut. VII. כי תאמר. R. Salomo explicat לשון דלמא, forte dices, id est, שֶׁמָּא. Ergo דִּלְמָא & שֶׁמָּא, synonyma sunt.

De Particulis incipientibus a littera ה.

Hæc littera in digestis Thalmudicis præfigitur adverbiis.

הָתָם *ibi*, illic. הָכָא hic, quod alii scribunt הַתָּם & הַכָּא. Vide sequentia.

הֵא ecce. Legitur in textu Ebraico Gen. XLVII: 23. Vulgo scribunt הָא cum camets, unde הָאֲנָא ecce ego, Gen. XLVI: 2. in Jonatha. Nam in Oncelo est הָא אֲנָא divisim & duabus dictionibus. הֵא & הָא ut גַּיז & גֵּיז. Sequente Chaph valet sicut הָא כְּדִי פַּרְזְלָא perinde ut ferrum, καθὼς ὁ σίδηρος Dan. 2:43. הֵי כְּבִרְכָתֵהּ juxta benedictionem ejus, Gen. XLIX: 29. in Jonatha: ubi Jod pro Aleph. Hinc הֵיךְ de quo mox.

הָאפְרִי ficur, tanquam. Th.

הָאִידְנָא pro הָעִדָּנָא hoc tempore, id eſt nunc, ut הַלֵּילָה hac nocte, הַיּוֹם hodie. Thalmudicum.

הָאו ubi, quod Gen. XIX: 5. in Jonatha ſcriptum הָא per patach. Syriace in Hagiographis eſt אָן.

הִבְלְתִּי idem quod בִּלְתִּי. Nam ה addita, ut in הֵתָם & aliis. Joſeph Albo Sorienſis Hiſpanus in libro articulorum fidei, Serm. 3. cap. 24. כוכבים הבלתי נראין *ſtellæ quæ non videntur.*

הוא ſum. Gen. XLVI: 3. אֲנָא הוּא אֵל ego ſum Deus in Jonatha: & mox, אנא הוא במימרי אחות עמך *Ego ſum qui cum ſermone meo deſcendam tecum.* Quod ſi, *ego ipſe?* ut הוא ſit omnium perſonarum, quemadmodum הֵמָּה ipſi. Tunc verbum ſubſtantivum ſubaudiendum erit.

הואיל ſequente vau. הואיל וְכֵן הוא poſtquam vel quandoquidem ita eſt. הואיל וּכְרַכָּא דסדום quandoquidem urbs Sodomæ. Vide Thesbitem Eliæ Levitæ.

הַדִי, unde בְּהַדֵי dum, donec: item ſimul, pariter, propter. לְהַדֵי circum, juxta. בהדי circa me, mecum. Dicunt Doctores עֹרֶף דלהדי פנים videntur dicere, poſt faciem id eſt אחורי פניו. Vide Abenmelechum in Michlal Jophi, Exod. XXXIV.

הַי

הַי hic, iste. כְּהַי גַוְנָא ad hunc modum, quod abbreviantes scribunt כה״ג.

הַי pro הֵיךְ legitur Exod. XXVIII: 15. in Jonatha, הַי עוֹבַד secundum opus: הֵיךְ quomodo. Syre אֵיךְ. Valet & sicut הֵיךְ פַּרְזְלָא, quod in Daniele הָא כְפַרְזְלָה sicut ferrum. R. הֵאַךְ. quod scribunt הֵיאַךְ. Quidam legunt הֵיאַךְ quomodo: הֵיךְ אַרְיָא tanquam leo Gen. XLIX: 9. in Jerosolymitano. Ceterum in Oncelo est כְּאַרְיָא & in Jonatha הַי כְּאַרְיָא ecce sicut leo, si modo הַי ibi significat ecce, i. הָא: de quo dubito.

הֵיכָא ubi. Syr.

הֵיכְדֵין pro אֵיכְדֵין quasi, *quomodo istud.* הֵיכְדֵין כְּמָא דְפַקֵּד sic quemadmodum præceperat. Gen. L: 12. Ceterum הֵי Syri passim pro אֵי usurpant, ut הֵידֵי vel הֵידֵין pro אֵידֵין vel אֵידֵי quis &c. Invenies & הֵידֵין pro tunc, quod scribendum, autore Mercero, הֵידָן, vel certe הֵי דֵן pro אֵידָן, Ebra. אָז

הַכְדֵין Jerosolymitane, sic, הַכְדֵין itane? Hic ה est nota interrogandi.

הֵיכְמָא sic. Syr. הֵיכְנָא idem.

הֵיכָן ubi. R. sequente ך sicut, ex הֵי quod valet אֵי & כָּאן hic.

הֵיכְנָא Sy. sic Reperies & הֵיכְנָה cum he in fine.

הַיְנוּ sequente ד, quod scribunt הוינו, ut cum dicunt הַיְינוּ דְאָמְרִי אִנְשֵׁי, hoc est quod homines dictitant. Frequens est apud Magistros. Dicunt etiam הַיְנוּ הַךְ hoc illud est, & הַיְנוּ הַךְ. Dictio composita ex היה fuit, est, & affixo נִי, quod Ebraismus usurpat in שֶׁנִּי est ipse.

הַלְכָּךְ propterea. ex הַי et לְכָךְ Th.

הַךְ iste, ista. הַיְנוּ הַךְ hoc illud est, et pluraliter הַנֵי הַךְ ista sunt. R. et Th.

הָכֵי sic. Gen. XXVII:37. LXX. δικαίως. Hieron. *juste*. On. יָאוּת recte. Jona. בְּקֻשְׁטָא vere, ἀληθῶς.. Sic etiam Santes. דִּלְהָכֵי tametsi. אַדְּהָכֵי interim: quorum et supra meminimus. אֲפִילוּ הָכֵי licet ita sit.

הֵיכִי idem, et sequente Daleth, הֵיכִי דְבַדְקִתִּנְהוּ sic probavi eos. Invenitur et הֵיכִי pro הֵיךְ quomodo, & pro הֵיכָן ubi, πȣ̃.

הָכָא hic, huc, ὧδε. Gen. XXI.23. & XXII.23.

Ebraice הֵנָּה & פֹּה. Sunt qui scribant הָכָּא: sed rectius est raphe, ut in pronominibus.

הָכָא sic, id est הָכֵי Jerosolymitane.

הָכֵן sic Syr.

הָלָא idem cum הָלְאָה ultra, ulterius, illuc. Gen. XIX.9. קְרַב לְהָלָא accede in diversam partem, secede illuc.

הָלְכָא pro לְהָכָא huc, ὧδε.

הַלְוַי utinam, sequente ד. Psal. LXXXI. הַלְוַי דְעַמִּי שָׁמַע לִי utinam populus meus audiret me.

Scri-

Scribunt vero הלואי cum apices absunt. Invenies etiam, לואי quod scribunt לִי׳, de quo suo loco. Rabbini utuntur, sequente vau הַלֵּוִי.

הַלָּלוּ isti, istæ. R. Idem quod אֵלֶּה & אִלּוּ, de quo supra.

הַלָּן ultra, id est הָלְאָה. R. Ebraice הָלְאָה. Utuntur & pro illic, sed non sine Lamed. לְהַלָּן ulterius, quod alii scribunt לְהַלָּן.

הִמּוֹ ipsi, ipsos, pro הִמּוֹן omnium personarum, ut אֲנַחְנָה הִמּוֹ nos ipsi, Ezræ v. 11. הֵימֶנּוּ ab illo, id est, מִמֶּנּוּ R. הֵימֶנָּה abs illa. Ebra. מִמֶּנָּה.

הֵן si, repetitum valet sive. Interdum vim habet interrogandi, ejusdem valoris cum הֲ quod vocant ה השאלה He interrogandi. Dan. 3. 15. הֵן אִיתֵיכוֹן estisne vos? Ebr. הֲיֶשְׁכֶם num estis vos? הֵן לָא nisi.

הֵן ναὶ etiam, vel est. In opposito habet לאו ὀ, ut cum dicunt, *Justōrum* הֵן *ναὶ, est* הֵן *ναὶ, &* לאו ὀ *eorum. est* לאו ὀ. *Quadrat cum illo, Sit sermo vester ναὶ ναὶ &* τὸ τό. R. Salomo Exod. xx. 1. *respondent ad est, est; & ad non, non.* הֵן verti, est. Sic Ausonius ad Paulinum,

Quum multa loquaces.
Ambiguis sererent verbis contra omnia solum
Est respondebat vel non.

In Juchasin, *visne ut excipiamus hunc Philosophum socium nostrum?* * *dixit ei* הֵן *etiam.*

2 Co-

*Salutemus ad verb. accipiamus faciem hujus philosophi.

2 Corinth. I. 17. *Ut sit apud me τὸ ναὶ ναὶ, Καὶ τὸ οὔ, οὔ. etiam, etiam: & non, non.* Ebraice, הן הן ולאו לאו.

הַרְבֵּה sæpe, frequenter. R.

הָרֵי ecce, certe. Factum putatur ex Chaldaico אֲרֵי tenui versa in aspiratam. Quod insolens non est.

הַשְׁתָּא νῦν, nunc Act. XXIV. 13. ἄρτι Matth. VI. לְהַשְׁתָּא ad horam hanc, Rom. 2. Sy.

הַשְׁתָּא nunc. Contractum videtur ex הָא שַׁעְתָּא, fuga litteræ vastioris, quam litteram e טוּנָא & aliis multis consuetudo elegans Chaldaici sermonis evellit. הָא שַׁעְתָּא hac hora. Gal. ors. מֵהַשְׁתָּא deinceps. Ebraice מֵעַתָּה a nunc.

הָתָם hic, illic: vel, huc, illuc. תַּם in Chaldaismo est שָׁם ibi, quod & תַּמָּן dicunt: rarius cum he הָתָם, sive, ut alii scribunt, הָתָּם.

De Particulis incipientibus a littera ו

וַי Væ sive veh, quod scribunt ויי cum gemino vau. וַי לָנָא væ nobis. Quidam sumptum existimant è Latio: ego potius Latinum à Chaldaico sumptum putarim. Fere post se Lamed habet וַי לְבִישָׁא væ malo: וַי לְרָשָׁע væ improbo.

וְתֵם, & sine punctis, וותם εὐθὺς, statim, quod & אוותיאום scribunt. Dictio mere Græca.

וַדַּי certum: unde בְּוַדַּי certe, procul dubio, quod

quod ſcribunt בוראי quaſi dicas: in confeſſo. Unde nomen אֲדֹנָי vocanr נָוֵי quod ejus puncta certa ac ſtata ſint.

וַהּ Vah, lætitiæ interjectio, ut וַי doloris. In Lexico Chaldaico Munſteri וָה & וַיָּה euge, væ.

De Particulis incipientibus a littera ז.

זְעֵיר פּוֹן paululum, modicum. פּוֹן videtur eſſe adjectio ſyllabica. Extat Exod.xvii.4.in Oncelo, עוֹד זְעֵיר פּוֹן adhuc paullulum, ubi Jonathan edidit תוּבְקְלל זְעֵיר. In Ebræo eſt עוֹד מְעַט adhuc modicum.

De Particulis incipientibus a littera ח.

חֲזִי vide, ſumitur pro הִנֵּה ecce, en, ut רְאֵה apud Ebræos aliquando adverbium eſt demonſtrandi. Sic ἰδὲ pro ἰδȣ̀ uſurpatur.

חֲזוֹר חֲזוֹר circumcirca, circumquaque. Sy.

חֲלַף pro, vice, loco. R.

חֲלוּפֵי idem. חֲלוּפֵי שִׁפְרָא כְּוָאָה pro ſpecie ſeu pulchritudine aduſtio. Adagium.

חֲמַת cum mem ante ſe מֵחֲמַת valet propter, id eſt, בִּשְׁבִיל, aut בַּעֲבוּר, ut cum dicunt מֵחֲמַת propter luctum. Quidam punctant מֵחֲמַת, nec eo utuntur abſque מ.

חַס abſit. חַס לָנָא abſit a nobis. חַס לְעַבְדָּךְ abſit a ſervo tuo. חַס וְשָׁלוֹם parce & pax: cum ali-

V 5 quid

quid amoliuntur & avertunt, Deus meliora! absit quam longissime! πά. Hesychius. ἐπὶ τῷ τὸ τέλος ἔχειν. Apud Plautum *pax* interjectio est comprimentis, & quasi cum verecundia sibi aut alteri silentium imponentis. Interpretes Chaldæi On. & Ion. utuntur חַס, cum Ebræum חלילה interpretantur. Vide sis Eliam

חַשַׁי, quod scribunt חשאי, & cum Beth בְּחַשַׁי in silentio, tacite. Mercerus autor est non usurpari sine ב: sed absque ב legitur in Lexico Chaldaico Munsteri, ex 1 Reg. 19: 12.

De Particulis incipientibus a littera ט.

טפי magis, plus: quod vulgo טְפֵי scribunt Ebraice יוֹתֵר μᾶλλον.

טשא & מטשיאת clam Syriac.

De Particulis incipientibus a littera י.

יָאוּת recte, pulcre, decenter, merito, convenienter, juste. Gen. XXVII. 36. in On.

יַד manus. Ejus usus late patet.

עַל יְדֵי per manus, id est opera, ministerio, beneficio, occasione, non hominis tantum, sed cujusvis rei. Sic dicunt לִידֵי חֵטְא in manus peccati: לִידֵי נִסָּיוֹן in manus tentationis, pro eo quod nos diceremus, in peccatum, in tentationem. עַל יְדֵי שֶׁ ea ratione ut. Gal. *par le moyen que.*

notat

notat סִבַּת הַדָּבָר causam rei. עַל יַד עַמּוּד הֶעָנָן ductu columnæ nubis, עַל יְדֵי שֶׁכָּתַב eo quod, vel quia scripsit. עַל יַד מַעֲשֶׂה caussa sive occasione operis aut facti. מִיַּד e manu, id est statim, quod manu nihil sit velocius. Latini dicerent, *e vestigio*.

יוֹמָנָא hodie, ex יוֹם & אֲנָא.

יוֹמָא דֵין idem. יְמָם interdiu.

יַתִּיר plus, magis, amplius. Sy.

De particulis incipientibus a littera כ.

כָּא hic, illic: ex Ebræo כה: item, huc illuc. עַד כָּא usque illuc Gen. XXII. 5. in On. & Jon. מִכָּא ex hoc loco, hinc Ebra. מִזֶּה Gen. 50. 25. לְכָא illuc, huc. הָכָא & הָלְכָה quære suo loco.

כָּאן vel כָּן huc. Adverbium loci, ut כָּא unde עַד כָּאן hucusque, hactenus. כְּכָאן hic: לְכָאן huc: לְכָאן וּלְכָאן huc & istuc. Sic dicunt לְכָא וּלְכָא huc & illuc.

כָּן sine Aleph obvium in Thal. Jeros.

כְּבָר passim apud Magistros pro הֵן, ecce, usurpatur, & sic exponit Abenezra Cohel. 2. 17.

כִּבְיָכוֹל quanto magis, videlicet. Videndus Elias in Thesbite. Autor More, Moses Cordubensis, qui vulgo Ægyptius, part. 2. c. 6

c. 6. עשוהו כביכול הוא וּבית דינו *videlicet ipse & domus judicii ejus.*

כְּגוֹן sicut, quemadmodum. R.

כְּעֶרְא sic. ex כ & ערא.

כַּד vel כַּד cum, quam.

כְּדוּ idem & כְּדוּן cum: item nunc, hoc est עַכְשָׁיו. Sic enarrat Moses de Kotsi, autor libri qui per sigla vocatur סמ"ג, id est liber præceptorum major.

כדו תהית nunc pœnituit te. מִכְּדוּן ab hoc tempore Gen. VIII. 22. בָּתַר כְּדוּ postea. Caninius scribit כְּדִי Valet etiam sic, idem videlicet quod כְּדֵן.

כְּדִי sicut, perinde ac, cum, quando. Dan. 2. 43. & 3. 7. proprie præcedente הָא in Daniel הָא כְדִי.

מִכְּדִי ex quo.

כְּדֵי juxta, vel eo, a דֵּי sive דַּי, Rabbinico. כְּדֵי שֶׁלֹּא יֹאמַר eo ut non dicat.

כְּוָת sicut, id est כְּמוֹ: recipit affixa.

כְּוָתִי sicut ego. כְּוָתֵהּ sicut ille כְּוָתַנָא sicut nos, כְּוָתְכוֹן sicut vos.

לית דִּכְוָתִי non est sicut ego.

כִּזְעֵיר fere. R.

כַּחֲדָא simul, pariter, una. Ebraice יַחְדָּו & כְּאֶחָד. Gen. XLIX. 16.

כֵּיוָן sequente שֶׁ, postquam, simul ac, quandoquidem. כֵּיוָן שֶׁיָּצָא משה simulac egressus est

Moses

Moses. כֵּיוָן שֶׁכֵּן הוּא quandoquidem ita est. Utuntur etiam pro תֵּכֶף statim : & מִיָּד e vestigio, extemplo. Baal Aruch interpretatur בִּמְהֵרָה cito, celeriter , & לְאַלְתַּר confestim. Tam est temporis quam quantitatis numerique.

פּוֹתֵחַ כֵּיוָן aperiens ilico. Vide sodes Eliam in כֵּיוָן & הוֹאִיל.

כִּי Doctores utuntur in admiratione וְכִי & quid , quomodo ? מִכִּי ex quo , postquam.

כָּךְ sic. Rab. In regimine כָּךְ & cum he adjectitio כָּכָה ὥτως.

אַחַר כָּךְ post , postea כָּךְ & כָּכָה , ut אָן & אָנָה .
Pro כֵּן , id est sic , frequens est apud magistros. Sed ככה legitur Exod. XXIX. Vide Abenmelechum.

כֵּיצַד quomodo, namque , etenim. Gen. VIII. in Salomone Trecense.

כְּלָה pro כְּלָא vel כִּכְלוּם tanquam nihilum. Ebra. כְּלָא. Legitur Dan. IV. 32. In hac scriptura ה pro א ponitur , quod crebrum in Daniele.

כל omnis , & sequente Maccaph. כָּל quod leges chol, per *o* breve. Habet Aleph in fine dictio כֹּלָּא Dan. IV. 9. & est penacuta. Ebræi dicerent הַכֹּל *τὰ πάντα*. וְכוּלֵי & cætera, quod scribunt , &c. quum aliquid citant quod non est ex textu. וְגוֹמֵר cum aliquid ex contextu citant truncatim. Sed hoc discrimen

non

non est perpetuum. Probabo alias, si Deus voluerit.

כָּל־אֶחָד unusquisque, quilibet. R.

כָּל־כָּךְ usque adeo, tantopere. R.

כָּל־קֳבֵל tantopere vel nihilominus. Hos. VII: 1.

כָּל־עֻמַּת שֶׁ omnino, prout, & כָּל־עֻמַּת שֶׁבָּא Cohel. 1. in Salom. Gallo, quem Rasai vocant per sigla.

מִכָּל omnino prorsus. Zach. XI. 1. in comment R. David Kimchi.

כָּל כַּמָּה שֶׁ quanto magis. Ejus ἀνταπόδοτον est כָּךְ, Hos. IV: 7. in Rasai כל כמה שהנביאים קוראים להם כן היו בורחים מפניהם quanto magis Prophetæ clamabant ad eos, tanto magis fugiebant eos.

כָּל־קֳבֵל e regione, ex adverso, Gen. XXV: 18. in Jeros. כָּל קֳבֵל דִּי propterea quod. Gallice, *d'autant que*. Dan. 2: 40. Rabbini dicunt כָּל עֻמַּת זֶה. Reperio & אחר כל עמת זה redditum postea Dan. 2: 24.

כָּל קֳבֵל דְּנָה ex adverso ejus, interea: item coram Gen. XXXI: 32. in Jon. מִכָּל מָקוֹם nihilominus אֲבָל מִכָּל מָקוֹם nihilominus tamen עַל כָּל פָּנִים omnibus modis, omnino, omnimodo. R.

עַל כָּל צַד & מִכָּל צַד ex omni parte. R.

כָּל שֶׁכֵּן quanto magis, vel quanto minus, pro ratione loci & sententiæ. Ebraice אַף כִּי.

כְּלוּם quicquam. אין כלום nihil quicquam. R.

כִּמְעַט fere, ferme. R.

כָּלְפֵּי

כְּלָפֵי exadverso, e regione, id est, נֶגֶד. Caninius etiam interpretatur, versus, ἐνθὺ recta. כְּלָפֵי רֶגֶל. Vide Levitem Eliam.

כְּמָא sicut. כְּמָה idem. כְּמָא דִי quemadmodum כְּמוֹ שֶׁ vel כַּאֲשֶׁר. Dicunt etiam כְּמַת & אִכְּמַת Psal. LXXII. & מִכְּמַת, & cum affixis כְּמָתִי sicut ego.

כְּמָתְהוֹן sicut illi. Quod imitantur doctores, dicentes כְּמוֹתוֹ sicut ille pro כְּכוֹתֵיהּ.

כְּמָא vel כַּמָּה quam, quot.

כְּמוֹ sicut. כְּמוֹ כֵן itidem. ראוי לכמו זאת dignus est tali felicitate בכמו היום שמת החצלח Eo ipso die quo mortuus est, natus fuit נולד משה Moses.

כְּעַן nunc. Dan. 2. 23. Ch.

עַד כְּעַן hucusque, quod & עַד כָּאן & עַד כְּדוֹן enuntiant.

כְּפִי שֶׁ juxta, secundum. R.

כְּשֵׁם שֶׁ idem. Similiter. R.

כְּנֵמָא hujusmodi, ad hunc modum, istoc pacto. Ezræ IV. 8: et V. 9.

כּוֹרַח, unde עַל כָּרְחָךְ velis nolis. עַל כָּרְחוֹ velit nolit, ipso invito.

De particulis incipientibus a littera ל

לָא non, ne. Factum ex Ebræo לֹא, cholem, ut sit, in camets versa.

לָאו non est, vel, non sunt. Justorum

לָאו

לאו לאו *non est non.* Adagium elegans. Vide in לא est.

לאו נֶחֱלָקִין *non divisi sunt, non dividuntur.* Ex libro fidei. Hujus pluralis לאוין unde כל הלאוין אשר במעשה *omnia, quæ in operibus prohibentur sive vetantur.* Nam qui aliquid vetat utitur negatione לא ut, *non occides,* &c. Significat etiam præcepta negantia sive negativa quibus respondent ex adverso מִצְוֹת עֲשֵׂה quæ aliquid faciendum præcipiunt. Sunt autem negantia sive prohibentia præcepta, hoc est לאוין CCCLXV. secundum dies anni solaris; affirmantia vero CCXLVIII. secundum humana membra. Unde dictitant unumquemque diem nos admonere officii nostri ne faciamus quod Deus fieri prohibuit. Similiter quodlibet membrum corporis nos admonere, ut faciamus, quod Deus fieri præcepit.

לְאַלְתַּר statim, protinus, confestim. Vide אַלְתַּר Elias scribit non usurpari absque Lamed

לְאַפּוּקֵי & לְאַפּוּק præter, contra, e diverso, sive contrario. Obvium passim in libro fidei, ut cap. 1. & c. 2. & alibi. Liber fidei est is, qui Ebraice vocatur Sepher Emana, à Judæo quodam Christiano conscriptus.

לָהֵן itaque, idcirco, præter, Dan. 2. 11. nam, Ezræ. v. 12. item nisi, sed, id est, אֱלָהֵן.

לְוַי utinam. Vide הַלְוַי.

לְהוֹן illis, contractum ex לְהוֹן. Sic כוון pro כְּהוֹן,

Syre,

Syre & Jerosolymitane. Legitur aliquando hoc sensu לָ, quod tamen proprie sign. nobis, id est, לָנָא.

לְוָת ad, apud Thargumistas, hoc est, interpretes Chaldæos. לְוָתִי ad me. לְוָתָךְ ad te. Ezræ IV. 12.

לְהֵפֶךְ e contrario. R.

לַחֲדָא valde, admodum, σφόδρα: quasi ad unum. Chaldaicum.

לְחוּד seorsim. Jero. Item, tantum Gen. XXII. in On. & Jon. Fagius ibi reddit, utique, ut רק Mercerus, sane, verum. Pro etiam, sumi videtur Exod. VI. 4. in Jon.

לֵית non est, quod plenius diceretur לָא אִית οὐκ ἔςι. לֵיתוֹהִי non ipse, vel potius, non est ipse, more pluralium. לֵיתְנוּן non sunt ipsi. Frequens in Massora.

לֵכָּא Th. pro לָא אִכָּא non est, vel non sunt. Vide אִכָּא.

לָכֵן ideo, propterea. R.

לְמָא frustra, nequicquam: unde.

כְּלְמָא de quo supra.

לְפִי juxta, præter. R.

לָמָּה cur, quare, quamobrem.

לְפִי כָךְ divisim, vel לְפִיכָךְ conjunctim & unica dictione, propterea. R.

לְצֵאת versus. לְצֵאת שְׁמַיָּא versus cœlum, Exod. IV: 8. in On. & Jon.

לְקֳבֵל e regione, ex adverso. Exod. XXVI: 35. in On.

X לְרַע

לְרַע infra. מִלְּרַע vel מִלְרַע absque daghes, infra, id ex, מִלְמַטָּה,

לְרְחֵצָן secure, tuto.

De Particulis incipientibus a littera מ

מָא pro qui, id est מַן aut מַן Gen. XIX: 12. in On. nisi mendum est. in Lex. Chald. Munsteri מָא quis, quid. בְּמָא in quo. מָאי זֶה unde sive ex quo. Male alii מַאי.

מָא דֵין quid ita, quare, מַדּוּעַ.

מָאִם quid si, fortasse, si forte: ex מָא & אִם si. Gen. XVIII: 24. in On. & Jon. Ebraice est אוּלַי.

מִדַּעַם quicquam. כָּל־מִדַּעַם omne quod, aut quicquid. Levit. 10: 9. in Jon. מִדָּה idem. Verum. Exod. 1: 15. Quidam scribunt מִדָּם cum camets. compositum putatur ex מִן & עַם cui simile in Latio, *quisquam gentium* מִדֵּי Thal.

מַגָּן frustra, gratis, δωρεὰν extat apud Syrum interpretem, Galat. 2: 21. παρὰ τὸ מַגָּן trado, do.

מִן sequente Daleth, propterea quod. Deut. VII. מִדְּרָחִים. 3. Reg. x. בַּר מִבְּנֹהִי praeter eos qui erant.

מִדִּיל in adagio Thalmudico, de quo alias, מדויל ידה manu sua מִן בִּגְלַל ἵνα ut Exod. IV: 5. in jonatha. propterea quod Exod. XIX: 18.

מִן קֳדָם idem ibid. in On. & jero.

מוּחְלָט

מוּחְלָט, vel potius מָחְלָט, unde בְּמָחְלָט absolute, simpliciter. R.

מֵחֲמַת propter. Vide חמת. R.

מְטוּל idem. Sy. Quidam scribunt. מְטוּל מְטוּל propterea. הֵיכְנָא מְטוּל לְאִתְקַבָּלָא quo accepta essent. Levit. VIII. 28. in Jonatha.

מָטוֹ, unde בְּמָטוֹ quæso, obsecro Gen. XLIII. 18. & בְּמָטוֹ מִנָּךְ quæso vel quæsumus te Gen. XLIV, 19. Tam plurali quam singulari servit.

מִיַּד e manu, id est statim, e vestigio.

מִכָּא hinc. illinc. מִנַּיִן Gen. L. 25. מִכָּא וּמִכָּא hinc inde, Exod. XXVI. 13. in On. Nam in Jo. מִיכָא Sic XXXII. 15. ἔνθεν καὶ ἔνθεν hinc & hinc. מִכִּי Thal. ex quo, postquam ἐπειδὰν, posteaquam. מִכְּשֶׁמָּרְדוּ בִי ex quo rebellarunt in me. מִכְּדִי idem.

מַמָּשׁ proprie. Gal. *Mesmes*. R.

מַן quis. מַן אִנּוּן quinam hi sunt Gen. XXXVIII. 8. מִן מַה ex qua.

מִן יַצִּיב vere, revera.

מִן בָּתַר כְּדֵין postea Gen. XLV. 15. in Jonatha.

מִנַּיִן vel מִנָּן unde.

מְנַת, unde עַל מְנַת שֶׁ ea lege & conditione ut, R.

De particulis incipientibus a littera ס.

סָמוּךְ continuum, conjunctum. Rabbini utuntur pro juxta, prope, sequente Lamed סָמוּךְ לְחוֹמָה prope murum.

סְתַר latus. בְּסְתַר in latere, id est juxta, prope. vide in littera ב.

סְתָם & בִּסְתָם simpliciter, absolute.

סְבַר, unde בִּסְבַר פָּנִים hilari vultu.
סְדַר ordo, unde עַל סְדַר ordine. R.
סְחוֹר סְחוֹר circumcirca, circumquaque.

De Particulis incipientibus a littera ע.

עֲבַר trans vel עֵבֶר, quod ſcribunt עִיבַר πέραν
עֲגַלָא, unde בַּעֲגָלָא curriculo, mox. Sy.
עַד דִּי donec, Dan. 2. 9.
עֲדֶנָה pro עַד הֵנָה hucuſque: pro quo & עֲדֶן Eccl. IV.
עֲדַיִן adhuc. R.
עַד מָא uſque. Syr.
עַד כְּעַן Gen. XLIII. 26. in On. Nam in Jon.
עַד כְּדוּן adhuc. Reperio & עַד כְּדוֹן pro עוֹד Gen.
XLV. 12. in Jon.
עַד כָּא illuc uſque, Gen. XXII. 5. עַד כֹּה
eouſque.
עַד כְּדוֹ לָא antequam.
עַד לָא priuſquam, טֶרֶם
עַד לְחַד exponitur עד למאוד. Nam לחוד Chaldaice מְאוֹד valde. In Juchaſ. *Joſeph Babylonius ſedebat coram eo diligebat eum* עד לחד *ſingulariter* id eſt admodum, valde.
עַל ſive עֵיל ſupra. Reperitur etiam לְעֵל & עֵלָּא Dan. VI. & לְעֵלָּא & cum Mem מִלְעֵל vel מִן עֵל ſuperne. מִן עֵיל ſupra, idem.
עַל מָה cur, quamobrem Dan. 2. 15
עֵין, unde כְּעֵין in morem, in ſpeciem. Idem & כְּמִין dicunt. R.
עַכְשָׁיו nunc. מֵעַכְשָׁיו deinceps. R.
עַל, cum affixis עֲלוֹהִי ſuper illum, עֲלֵיהּ vel עֲלֵהּ
&

& עֲלֵינָא vel עֲלָנָא &c. Dicunt & עֲלֵוֹי tam Chaldæi quam Syri. Gen. XXIV. 30. עֲלֵוֹי גַמְלַיָא juxta camelos. in On. Jon. ibi habet עֲלוֹי, nisi mendum ab imperitis punctatoribus pro עֲלֵוֹי. Est ubi reperias עֲלָלֵי. Hac particula utuntur Chaldæi pro אֶל ad, quæ nunquam in Chaldaismo invenitur. בְּעַל כָּרְחוֹ & עַל כָּרְחוֹ invitus ipse vel ipso invito. עַל כָּרְחָךְ velis nolis. R.

עַל שֵׁם de nomine aut propterea. R.

עַל שֵׁם שֶׁ propterea quod.

עֲצָם, unde עַצְמוֹ ipse met vel ipsum met, עַצְמִי meipsum, עַצְמְךָ teipsum &c.

De Particulis incipientibus a litiera פ.

פּוּם os, idem quod פֶּה, & est adjectio syllabica in בְּפוּם & לְפוּם, ut apud Ebræos פִּי in בְּפִי & לְפִי Scribi etiam potest פֻּם per Kibbuts.

פִּין a Caninio in Institut. linguæ Syriacæ, p. 90. exponitur statim. Sed vix alia lingua exprimi potest. In conditionibus addi solet ubi quid innuitur אִלּוּלֵיפִין unica dictione, vel אִלּוּלֵי פִין duabus. Vide sis Eliam. בִּזְעֵיר פִּין propemodum Gen. XXVI. 11. in On. & Jon. Fagius interpretatur, *parum abfuit*.

פִּי constr. ctum ex פֶּה, & est adjectio Syllabica ad æstimationem & conjecturam seu modum rei significandum. כְּפִי juxta, pro, secundum. לְפִי idem: item propter. לְפִיכָךְ propterea. עַל פִּי juxta, ex præscripto. אַף עַל פִּי שֶׁ quamvis & אַפְעַלְפִּי שֶׁ conjunctim.

פּמבי, unde בּפּמבי palam, φανερῶς. R. & Sy. Videtur esse Latinum *pompa*.

פּרהסיא παῤῥησία, unde בּפרהסיא ἐν παῤῥησίᾳ, palam, aperte. Græcum est, nec utuntur absque ב, quod sciam. Ejus contrarium בּצנעא in occulto.

פּרוש expositio, unde בּפרוש exposite, aperte, explicate, diserte, clare, distincte. R.

פּרט, supputatio. לפרט קטן secundum æram minorem, hoc est, omissis millenariis: ut hoc anno 1608. Christi, juxta supputationem hanc, annus est חש״ח a Christo nato & שסח a condito mundo. בפר״ע cito, celeriter. R.

למפרע retro, ἀνάπαλιν, præpostero ordine, ut cum aliquis legit a dextera siinistorsum, more Græcorum & Latinorum, dicitur legere למפרע & hujusmodi lectionem vocant קריאה למפרע hoc est præposteram, & Ægyptiacam. Quippe Judæi Ægyptienses ita legebant Biblia Græca, quibus utebantur olim in synagogis suis. Res notior quam ut probari debeat. Quidam scribunt למפרע.

בפרסום palam, in propatulo.

הפשט simplex sensus. לפי הפשט simpliciter, secundum litteram. R.

De Particulis incipientibus a littera צ.

צד latus. בּצדך in latere tuo, juxta te, לצד השמים versus cœlum. Exod. IX.22. צטר idem. לצטר מדברא ad latus deserti, prope desertum:

idem

idem quod סטר, de quo alias. Quære ſuo loco.

בְּצִמְצוּם præciſe. R. Levi. Job. 14.

בִּצְנְעָא occulte, clam· R.

לְצִית שְׁמַיָּא & עַל צִית verſus cœlum, Exod. IX. in On. & Jon.

צְפַר & צַפְרָא mane, πρωΐ. Ch.

De Particulis incipientibus a littera ק.

קֳבֵל ante, & cum Lamed לָקֳבֵל. ſignificat etiam propter, Dan. v. 10. כָּל קֳבֵל explicatum eſt ſupra. לָקֳבֵל & כָּל קֳבֵל e regione, ex adverſo, Exod. XXVI. 35. in On. & Jon.

קֳדָם ante. recipit affixa קֳדָמוֹהִי ante illum. קֳדָמַי ante me. Dan. 2. 6. קֳדָם עַד antequam, Exo. XXXIV 25. in Jon. מִן קֳדָמָךְ propterea quod Exod. XIX. 18

קַדְמַת idem. hoc etiam in Ebraiſmo extat Pſal. CXXIX. קַדְמַת שָׁלַף antequam evellatur.

קוֹדֶם זֶה niſi leg. קֳדָם ante hac.

קַל וָחוֹמֶר leve & grave, id eſt, multo magis aut minus R. Munſterus ſcribit קַל וָחֹמֶר unica voce: dubito an bene. In eodem perperam ſcriptum חוֹטֶר pro חוֹמֶר.

קַם & קוּם Thalmudicis idem valent. קוּמֵּיהּ vel קַמֵּיהּ ante illum &c. Sic apud illos קַמָּא eſt primus, & בָּבָא קַמָּא porta prima, quod ex קַדְמָא factum videtur. Certe pro מִקַּמֵּיהּ, reperitur מִקַּדְמוֹהִי ab eo qui eum præceſſit, qui ante illum fuit קַמָּן et לְקַמָּן infra, cum aliquid mox ob oculos ſubjicitur, nec ita longe abeſt. וּלְקַמָּן מְפָרֵשׁ et infra vel mox exponit. In libro fidei cap. VIII. ferme quatuor capita interponuntur inter locum

locum ubi קְדָּן ponitur, & id quod ſeſe explicaturum לְקַמָּן infra pollicetur.

קְצָרָה brevitas. דֶּרֶךְ קְצָרָה breviter, compendio quodam. R.

בְּקוֹשִׁי cum difficultate, difficulter. Hoſ. XI. 7. in comment. R. Salo.

בְּקֻשְׁטָא in veritate. מִן קְשׁוֹט vere, ἀληθῶς, certe

De Particulis incipientibus a littera ר

לִרְחָצָן tuto, ſecure. Ebr. לָבֶטַח.

לְרַיִן infra. Vide ſupra.

בְּרֹב & לְרֹב plurimum, ut plurimum, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον. R.

בְּרָז ſecreto, clanculum, clam.

רֶמֶז nutus. בְּרֶמֶז & בִּרְמִיזָה nutu, obſcure: quando aliquid quaſi innuimus, non aperte indicamus. R.

De Particulis incipientibus a litera ש

שׁוּב adhuc, amplius, ἔτι: item rurſus, iterum. R Sumptum a verbo שָׁב, quod hoc ſenſu uſurpatur Zach. VI.

ואשוב ואשא עיני *rurſum levavi oculos meos.* Verbum pro verbo, *converſus ſum*, ſive redii & *levavi.* Sic Gen. XXVI. 18. וַיָּשָׁב יִצְחָק וַיַּחְפּוֹר *reverſus eſt Iſahac & fodit*, ubi LXX. πάλιν ὤρυξε: optime & rectiſſime. Affine eſt אוסיף אֲרַחֵם *addam miſerebor* pro denuo miſerebor. שׁוּב proprie futurum eſt imperans, ſive modus imperativus, & pro adverbio uſurpatur, ut רְאֵה vide, quod uſurpant pro הִנֵּה ecce. Sic חֲזִי & חֲמִי in lingua Chaldæorum.

שׁוּם

שׁוּם ullus. R. שׁוּם דָּבָר ullum verbum, ulla res. בְּשׁוּם de, περὶ: item de nomine, quod & מִשּׁוּם. Sed מִשּׁוּם aliquando propter, propterea מִשּׁוּם כָּךְ ideo, quocirca.

שׁוּפִי & בְּשׁוּפִי quiete, tranquille. Sumptum ex וַיֵּלֶךְ שֶׁפִי Num. xx. R.

שֶׁל factum ex illo Salomonis שֶׁלִּשְׁלֹמֹה, articulus est genitivi apud Magistros.

שֶׁלּוֹ ejus & שֶׁלִּי meum. Invenitur & שֶׁלְּאָדָם unica dictione, dages ex Lamed expuncto, quod habeat Scheva. Amat enim dages ex talib excidere. בִּשְׁלָיָא et מִן שְׁלָיָא repente vel quiete. Sy. בִּשְׁלִי Eb.

שֵׁם, unde בְּשֵׁם nomine et עַל שֵׁם idem. Sed abundare videtur in בְּשֵׁם et עַל שֵׁם propterea. עַל שֵׁם שֶׁגּוֹזֵז quod tondeat. לְשֵׁם קָמוֹן propter opes aut divitias etc.

לְשָׁם illuc ἐκεῖσε. Dan. I. in Aben.

שֶׁמָּא forsan, fortasse, ne forte: idem quod דִּלְמָא et Ebræum פֶּן. R.

De Particulis incipientibus a litera ת.

תּוּב adhuc, rursum, denuo. תּוּב קְלִיל זְעֵיר adhuc parum, modicum. Exod. XVII. 4. in Jon. Factum ex שׁוּב. Nam dialectus Chaldaica ש in ת mutat. Thalmudice ת et וְתוּ et adhuc, in epistola Calonymi Judæi ad me, Ebra. וְעוֹד, qua particula usus fuit et Jon. Gen. XIX. 12. In תּוּ resecta ultima ex תּוּב, quod Deuterotis familiare.

תּוֹךְ, unde בְּתוֹךְ כָּךְ interea. Exod. XXXII. 2. in R. Salo.

תְּחוֹתֵי pro תּוֹתֵי et תְּחֹתֵי et תְּחֹתָא .ſub, ſubter.Th תְּחוֹת elisa gutturali ח, ſub, infra: et פְּתִיָא minus. יַּם תְּתָאָה mare inferum, גלילאה תתאה Galliæa inferior. תֵּכֶף ſtatim. תֵּכֶף לִבְרָכָה mox, a benedictione. תֵּכֶף שֶׁסִּידוּ ſtatim ac removiſſent: תֵּכֶף עֲבוֹר הָעָם ſimul ac tranſiiſſet populus. בִּתְכֵף confeſtim. Gen. XLVIII.7. in Jon. מִיתַת בִּתְכֵיף mortua eſt ſubito: in Aben. pro eo eſt פִּתְאֹם repente.

תַּמָּה et תַּמָּן illic, ibi. Ch.

לְתַמָּן illuc. מִתַּמָּן illinc.

בִּתְנַי cum conditione, ea lege, quod ſcribunt בתנאי. Vide ſis Eliam. Quidam legunt בְּהַנֵּי.

תּוּ explicatum ſupra. וְתוּ לָא מִידֵי et nihil amplius. Elias explicat ועוֹד לא et adhuc non. Vide Thesbiten.

תּוּ, id eſt תּוּב iterum, denuo: ut dictum eſt.

תְּמָלֵי heri, χθές.

תּוֹךְ intra. מִתּוֹךְ propterea; idcirco. מִתּוֹךְ כָּךְ *quin &*, in Camianis Malac. 3. In libro Emana תוךְ משךְ עשר שנים intra decem annos. Verbum e verbo, intra tractum decem annorum.

תִּנְיָנוּת ſecundo, iterum, denuo, rurſum: τὸ δεύτερον, πάλιν Ch.

F I N I S.

COM-

INDEX
COMMENTARIORUM
RABBINICORUM

Qui in

SACRUM CODICEM

[*Aut partes ejus conscripti sunt.*

E Libro, cui titulus

שפתי ישינים

Commentarii in integrum Codicem Sacrum Veteris Instrumenti.

אברבנאל
אילה שלוחה
ילקוט השמעוני
יסוד המקרא
כלי הרועים
כף ידך יעקב
מנורת המאור
ספר השער
פירוש רבי יעקב לומברוזו
רד"ק
רש"י ועיין בדף פ"ד · פ"ס · פ"ו

Commentarii perpetui ad Pentateuchum.

אבן עזרא
אבן שועיב
אברבנאל א
בספר אהבת ציון
אור עינים
אוצר ה'
אילה שלוחה
ביאור מרבי יוסף
קרעמנין.
בברית
באורים בבדו ה'
ביאור רבי פנחס
טאמר.
ביאור הרמב"ן
ביאור רבי עובדיה
ספורנו
בספר בחיי
בן יוסף
בעל הטורים

Paraphrases & Versiones Sacri Codicis.

תרגום אונקלוס
תרגום יונתן
תרגום רבי יוסף
תרגום ירושלמי
תרגום עקילס
תרגום ערבי לרבינו
סעדיה

תרגום לרבי יעקב
ב"ר יוסף טאווס
תרגום יונית
תרגום ספרדיים
ועיין בדף פ"ד·
פ"ה · פ"ו · ובדף
נ"א :

Commentarii Cabbaliſtici in Pentateuchum.

בספר בחיי
גנת ביתן
בספר הולך תמים
זוהר עיין שם :
חידושי תורה
חנוך
לבנת הספיר
מאירת עינים
מגיד מישרים
מגיד מישרים

ספר הפליאה
ציוני
בספר צרור המור
ספרא דצניעותא
דיעקב
רפיא מסימנא
רקנא"ט
טעמי התורה
בספר שני לוחות
סברית :

Commentarii Cabbeliſtici in Librum Ruth.

זוהר על רות א'
יסוד שירים א'

מדרש הנעלם
תפוחי זהב

Commentarius Kabbaliſticus ad Threnos.

קול בוכים

Com-

Commentarii in Rakanatenſem.

Commentarii in Bechai.

Commentarii Philoſophici in Pentateuchum & 5. Megillot.

Commentarii Philoſophici in 5. Megillot.

Commentarii Philoſophici in Threnos Jeré-miae.

Commentarii Philoſophici in Pſalmos.

Commentarii Philoſophici in Librum Jobi.

Com-

Commentarii Grammatici in Pentateuchum

במסורת הברית	באבן עזרא
הגדול	בגור אריה
נתיבות עולם	דקדוקי רש"י
רד"ק	במזרחי
רש"י	מכלל יופי

Commentarii in Commentarios Aben Ezrae.

מקור חיים	אוצר נחמד
עץ חיים	בספר אור הנפש
צפנת פענח	אות נפש
פירוש רבי שלמה	באמרי נועם
פראנקו פ"ם	לקח טוב
	מגילת סתרים

Commentarii in Eliam Orientalem.

בנחלת יעקב	באמרי שפר
עץ חיים	זכרון משה
כ' לידה לדרך	ידיעות שלמה
קיצור מזרחי	בלבוש האורה
קיצור מזרחי א'	מתנות עני א'

Commentarii in Rabboth.

מעדני מלך א'	אבא א'
מראות אלהים	אור השכל א'
מתנות כהונה	בית אלהים
פירוש על הרבות	דבר שמואל
פיינשש	יפה תואר
תולדות נח	יפה ענף

Commentarii in Raschi.

Commentarii & conciones in Parashas Pentateuchi.

דברי שלום
דברי שלמה
דברי שמואל
דרש משה
דרשות האר"כח א'
דרשות רבי שם טוב
הואיל משה ב'
הולך תמים
ויכל יוסף
זקן אהרן ד'
זריעת יצחק
זרע אברהם
זרע ברך
זרע ברך
חות רבא
חן טוב
כפר החנוך
חתן דמים
יד יוסף
ילמדנו ה'
בספר יפה עינים
ספר הישר
כבוד אלהים
כלי חמדה
כלי הרועים
כליל תכלת
כס' כנסת הגדולה
בכסף מזוקק
ככף נבחר
כתר שם טוב

כתר תורה
כתר תורה
לב הארים
לוית חן
לקח טוב
מבקש ה'
מגדל דוד
מגלה עמוקות
מגן דוד
מדרש רבות ו'
מדרש תדשא עש'
מכילתא
מכילתא
מלמד התלמידים
מנחת כהן ז'
מסורת הברית הגדול
ספר מעלות
מעשה ה' עיין שם
מגודת דוד
מרבין תורה
משכיל לדוד
נהר פישון
נעשה ונשמע
סודות התורה
ספרא עיין שם מ'
ספרי עיין שם
עבודת הלוי
עיר הגבורים
מעוללות אפרים
עולת שבת

Commentarii in Quinque Megillot.

Com-

Commentarii in Canticum Salomonis.

אילת אהבים	פירוש רבי יוסף בר שלמה
ביאור רבי עובדיה	פירוש רבי אברהם
ביאור רבי אלישע	פירוש רבי יוסף
חשק שלמה	תלמיד הרמ'בם
יין הרקח	ציץ הזהב
יעלת חן עיין	צפוני
אגרת שמואל	צרור הכסף
מדרש חזית	קודש הילולים
מקור ברוך	רנת דודים
נקודת הכסף	שר שלום
פירוש רבי אליקים	שושנת עמקים

Commentarii in Ruth.

אגרת שמואל	עיני משה
בית דין שמואל	ציץ הזהב
יין הרקח	צמח צדיק
משיב נפש	שורש ישי

Commentarii in Threnos Jeremiae.

דברים נחמים א	צדקת תמים
ינון לב	קול בוכים א'
כפות כסף	קול בוכים ב'
לחם דמעה	קינת סתרים ב'
פירוש מהר' שמואל	בשערי דמעה
פירוש רבי משה נרבוני	

Commentarii in Ecclesiasten.

ביאור רבי עובדיה	מקהיל קהלת בדף נ"ג
ביאור רבי אלישע	מקור ברוך
דברים טובים	בספר סדר היום
לב חכם	פירוש משה מרקאדו

פורת יוסף
צפנת פענח
קודש ישראל
קהלת יעקב
קהלת יעקב א'
שערי מדע
תולדות אדם א'

Commentarii in Librum Esther.

אור חדש
ביאור ר' אלישע
בית דין שמואל
יד המלך
יוסף לקח
ישע אלהים
לקח טוב
מאמר מרדכי
מגילת המגילה
מגילת ספר
משיר יין
מלחמת מצוה
מנות הלוי
מריא דכיא
משאת משה
משאת משה
עטרת שלום
פירוש רבי זכריה
שמן המור
תהלת דברי שמואל
תפארת ישראל
תרגום אונקלוס
תרגום שני

Commentarii in Haphtarot.

יפה דלון
רד"ק
רמזי ההפטרות

Commentarii in Prophetas priores, posteriores & Hagiographa.

אברבנאל
אילה שלוחה
בספר זקן אהרן
חבורי לקט
ילקוט
יסוד המקרא
כן ירד יעקב
ספר המגיד
בספר מגיד מישרים
ספר העשר
מראות הצובאות עיין שם
רד"ק עיין שם
שמן הטוב ק'

Com-

Commentarii in Prophetas priores.

כלי יקר
לב אהרן
מדרש שמואל וסוא
מדרש שוחר טוב
פירוש רבי אהרן בן יוסף
פירוש רבי יפת הלוי
שכל טוב
תועלת הרלב"ג

Commentarii in Jesaiam.

אורים ותומים
חשק שלמה
חשק שלמה
ילקוט המכירי
ישועות יעקב
כלי פז
לקוטי שושנים
פירוש רבי אהרן בן יוסף
רד"ק
תיקון עולם

Commentarii in Jeremiam.

אורים ותומים
רד"ק

Commentarii in Ezechielem.

מראות אלהים
מרכבת יחזקאל
צורת הבית

Commentarii in Hagiographa universim.

תורת חסד
אבן יקרא

Commentarii in Psalmos.

בן דעת
ילקוט המכירי
לשון הזהב
מאיר תהלות
מדר' שוחר טוב
במדרש החכמה
במזמור לתודה
נורא תהלות
נעים זמירות
פירו' רבי אהרן בן יוסף
פירו' המאירי
פירו' רבי משה דמירקאדו
פירו' רבי עובדיה
פירו' רבי שלמה עתיק
קב ונקי
רוממות אל
רכב ישראל · עיין אגדת שמואל

אור ישראל
אורח לחיים
בספר אזני יהושע
אליהו רבא וזוטא
אמרי שפר
אפריון שלמה א
ארבעה מטיבי לכת
ארון העדות
בא גד
בינה לעתים
בית ישראל בדף נ"ב
בית מועד
בית נאמן
בית נאמן
בית הפחיאלי
בן שמואל
בדית הלוי
בגבורת השם
דברי נגידים
בדברי שלום
בדברי שלמה
דרך חיים
מדרש משה
דרוש הגאון מוהר"ר יודא ליווא
דרשות רבי מתתיהו
דרשות הר"ן
ספר הדרשות
דרשות רש"ס ב'
דרש הרמ"בן
מגלה

דרשות רבי נתן
דרשות רבי שם טוב
דרשות רבי יודא
דרשות רבי שמואל אלגאזי
דרשות רש"מ יקייא
הואיל משה
בהולך תמים
ווי העמודים
ויבח יוסף
ויקהל משה
זה ינחמנו
ספר החיים
ספר החיים ע"ש
חסדי ה' ע"ש
טעמי סוכה
בספר יד יוסף
יואל משה
יזל מים
ביסוד מורא
ביפה עינים
כד הקמח
כתנות אור
לבוש שמחה וששון
לוית חן
לחם שלמה
מאה שערים
מאמץ כח
מבקש ה'
מגיד מישרים

F I N I S.

VITAE
CELEBERRIMORUM
RABBINORUM

Qui in

SACRUM CODICEM

Scripſerunt

COMMENTARIOS,

R. SALOMONIS,
R. ABEN EZRAE,
R. DAVIDIS KIMCHII,
R. LEVI BEN GERSOM,
R. ABARBANELIS,

Conſcriptae à

R. P. JULIO BARTOLOCCIO
DE CELLENO.

VITAE CELEBRIUM *RABBINORUM.*

R. SALOMON ISACIDES cognomento *Raschi*, nomine contracto, & ex initialibus trium priorum vocum literis composito, nascitur in Civitate *Lunir*, quod est Oppidum provinciæ Aquitaniæ, ubi Judæos mansisse testatur D. Gregorius lib. 3. epist. 21. & à quo cognomen assumpsit ירחי *Iarchi*, *Lunaticus*. Aliqui dicunt fuisse ex Trecensi Galliæ Urbe Annus nativitatis ejus ignoratur, sed tempore R. Mosis Ægyptii vixisse pro certo habent nonnulli apud Auctorem שלשלת הקבלה *Catenæ Cabalæ* ; quòd si ita esset vi-

vivebat circa annum Domini 1100. imò ibidem Rabbí Joseph jachijà Auctor dicit quód natus sit anno ab Orbe condito ד׳ אלפים תתס״ה 4865. Ch. 1105. in Urbe Trevis, seu Trecis in Gallia in Provincia Narbonensi, vel Linguadoca. Fixum aliquem Præceptorem non habuit, sed aliquando usus est doctrina R. Josephi Abèn Gheàth, Ràu Alphès, & Abèn Megàs, quibus Magistris egregius Doctor evasit. Acerrimi ingenii Juvenis fuit, ita Sacræ Scripturæ studio addictus, ut nil eum lateret, quod ante illum in Sacram Scripturam scripsissent Rabbini. Grandævus factus, annum agens 30. diversis Orbis Regionibus peragratis, in Italiam venit, inde in Græciam profectus, Hierosolymam perrexit, totamque Terram Sanctam lustratus est; postea Ægyptum petens (inquit Auctor *Catenæ Cabalæ*) Mosem Ægyptium vidit; sed si vera sunt tempora nativitatis R. Salomonis, & R. Mosis Ægyptii, quæ ab eodem Auctore assignatur, clarè apparet non potuisse R. Salomonem videre Mosem, cúm iste adhùc puer esset in Hispania, ubi anno mundi 4895. ut ibi dicitur, natus est, Ægyptum relinquens, circumiens Persarum Regnum, per Tartariam, Moscoviam, aliasque Septentrionalium Regionum vias, in Germaniam venit, inde in Patriam revertitur expleto suarum peregrinationum anno sexto. Uxorem duxit, à qua tres

filias

filiàs tantúm suscepit , quarum prima nupsit Rabbí Meír ; secunda R. Judæ Bar Nachmàn , abbreviatè cognomento ר״יב״ן *Rivan*; tertia Rabbènu Ephràim. Omnes tres isti fuerunt Viri sapientes , & multa scripserunt , ut suo loco videri potest· Solúm híc annotandum duxi , quód Rabbí Meír est illemet , de quò suprà mentionem fecimus , qui fuit Pater Rabbi Sampsonis abbreviatè dicti רשב״ם *Rischbám*; fuit etiam Pater Rabbènu Tham unius ex Auctoribus Tosaphòth , & alterius R. dicti Jacob Bar Meír abbreviatè ר״יב״ם *Rivàm* , alterius Auctoris Glossæ Tosaphoth , Talmudicam , & Ghemaræ doctorinam apprimè calluit , unde componens primò postillam in totam Sacram Scripturam , illam traditionibus Talmudicis , & portentosis commentationibus ab eo , ex Rabbinorum antiquorum lacunis excerptis , vel fœdavit , vel sinistrè intellectam posteris reliquit. Ut autem ab ungue dignoscatur Leo , placet híc paucissimis verbis postillam in verbo בראשית *Berescìth* refellere

Initio Genesis proponit hanc quæstionem : Cur Deus voluerit ut Moses Legis Pentateuchum inciperet à creatione mundi? Cùm enim in toto suo volumine non intendat aliud nisi Legem, & Præcepta, convenientiús videbatur inchoare à primo præcepto Legis , nempè a cap. 12. Exodi, *Mensis iste vobis principium mensium , primus erit in mensibus anni, &c.* unde dici-

cit לא היה צריך להתחיל את התורה אלא מהחדש הזה לכם שהיא מצות ראשונה שנצטוו בה ישראל: *Non erat necesse incipere Legem, nisi ab* (illo loco) Mensis iste vobis &c. *quia istud est primum præceptum traditum Israëli*. Et respondet, quòd incepit à creatione mundi, propter hanc causam, ut scilicet ostenderet, Deum esse Creatorem omnium & potuisse dare in hæreditatem terram Chananæorum populo suo Israëli, expulsis septem populis, qui eam incolebant. Incepit igitur à creatione hoc fine, ut virtutem operum suorum annuntiaret populo suo, ut daret illis hæreditatem Gentium, ut habetur Psalmo 110. Hæc Commentatio refellitur primò, quia donatio terræ promissionis non est finis creationis, sed potiùs cultus Divinus, & promissio cælestis hæreditatis, quia non propter locum Gentem, sed propter Gentem locum Deus elegit, ut habetur 2 Machab. 5. v. 19. Secundò, cùm dicant Hebræi, Legem esse finem omnium, quæ in toto Pentateucho explicantur, & omnia ad eam ordinari; si velint creationem idcircò præponi, ut Deus ostendatur Dominus omnium, & potuisse terram promissionis dare cui voluisset, Lex à principali fine excluderetur; & terræ promissionis collatio esset finis, quod est inconveniens. Tertiò, vel Deus in creatione mundi manifestat se Dominum omnium Hebræis tantúm, vel Hebræis, & Gentibus simul; si Hebræis tantúm, cæteræ Gentes non agnoscent Dei dominum; si etiam Gentibus

tibus, Cùm iſtæ non recipiant Legem Judaicam, negabunt omnia Judæorum Principia, & potiſſimum illud de creatione mundi, ſicut fecerunt omnes ferè antiqui Philoſophi peripatetici cum eorum Principe Ariſtotele: unde primaria cauſa incipiendi Pentateuchum à creatione mundi, non eſt ea, quam aſſignat R. Salomon. Denique *Menſis eſte &c.* non eſt primum præceptum Legis, cum doceant Hebræi eſſe primum præceptum, *Creſcite & multiplicamini.* Sic in Talmud: *Sèder naſcìm*, Ord. 3. *De Mulieribus*, *Maſſacthà Ieuamòth*, *Tract. de Leuiris*; *Pèrek 6. cap. 6.* incipit הבא על יבמתו *Hauà al ieuimthò*, *Ingreditur ſuper fratriam.* Idem aſſerit R. Moſes Bar Maijmòn dictus Ægyptius Tract. *Naſcìm. Halachòth iſciùth. Perk* 15. *Sèpher Mitzuòth hakatàn*, *ſimàn* 286 *Euen hangbèzer*, *ſimàn* 1. Vide plura in עבודת הלוי *Nghe-uodàth Halleui*. Item, Noë data ſunt præcepta; item, Abrahamo, quandoquidem præceptum feriandi in Sabbatho, & Circumciſionis ſi t antiquiora aſſignato; imò ipſis filiis Iſraël præceptum fuit ſacrificandi in deſerto via trium dierum, ut dicitur Exod. 3. 16. ergo non fuit primum præceptum. החדש הזה לכם ראש חדשים וגו׳ *Hachòdeſh hazè lachèm roſo chodaſcìm vegom. Menſis iſte vobis principium menſium*, *&c.*

Ad illud Pſal. 110. כח מעשיו הגיד לעמו לתת להם נחלת גוים *Còach manghaſſàu highid lenghammò: latèth laèm nachalàth ghoìm*, *Fortitudinem operum*

suorum annunciavit populo suo, ut det illis hæreditatem gentium, dico quòd loquitur de fortitudine operum, quæ per manum Mosis fecit in Ægypto, in Mari rubro, & in deserto, & ista annunciavit & fecit, ut daret populo suo hæreditatem Gentium Chananæornm, & quòd de istis mirabilibus loquatur Psalmus; patet ex versu: פדות שלח לעמו *Pedùth scialàch laghammò*, *Redemptionem misit populo suo*, id est per manum Mosis; de qua redemptione loquitur ipse Moses Deuter. 7. 8. *Sed quia dilexit vos Dominus, &c. eduxitque vos de manu forti*, ויפדך מבית עבדים מיד פרעה מלך מצרים: *Vaipdechà mibet nhauadìm mijad Paranghò Mèlech Mitzràim, Et redemit te de domo servorum, de manu Pharaonis Regis Ægypti.*

Cæterùm R. Salomon affert hoc commentum nomine R. Isaac; refertque illud etiam in Psalm. 3. *ex Midràse Tanchumà*; at in *Berescìth Rabbà, Parascià* 1. *Séder Berescìth* circa initium proponitur à R. Josué de Sachenì nomine Rabbi Levì. Et hæc de fabulosis, ac inanibus R. Salomonis Jarchì Commentis dicta sufficiant, qui ob elegantiam sermonis, stylumque laconicum, *P*rinceps Expositorum habetur apud Judæos. Unde quia ex initialibus literis nominis, & cognominis ipsius vocatur, ר'ש'י *Rascì*, nonnulli alias explicari debere existimarunt ראש שבטי יהודה *Rosc Scieutè Jeuda*, id est *Caput Tribuum Judæ*; alii vocant פרשנדתא *Parasciandatá*, hoc

est

est *Paras data*, *Explanavit Legem*, ex nomine primi filii Amad, Esther cap. 9. versic. 7. Quibus innuitur illius præstantia in exponendis sacris literis. Stylus ipsius, quem servavit in postilla Biblica, est succinctus, plerumque literalis, tamen aliquibus in locis ob ejus obscuritatem, alium Interpretem desiderat. Hinc alii extiterunt, qui ביאורים *Biurim Elucidationes* super *Rasci* scripsere. inter quos R. Nun Hardanah, & R. Elias Mizrachì, Orientalis. Etsi nil fere relinquat ex portentosis expositionibus antiquorum, quorum Auctores sæpè citat, fortassis ne videatur Auctor fabularum. Expositiones verò literalis, vel morales sibi appropriat, quamvis has sicut illas, omnes, ab antiquis desumpserit. Ejus exemplaria extant impressa Hebraicè in aliquot Veteris Testamenti libros, nempe in quinque libros Mosis, in Josue, Judicum, Ruth, Samuelis, Regum, & Paralipomenon: in Isaiam, Jeremiam, Ezechielem, duodecim Prophetas minores, in Psalterium, Cantica Canticorum, Lamentationes Jeremiæ, Ecclesiasten, Esther, Esdram, & Nehemiam. Expositio in Pentateuchum reperitur excusa Amstelodami an. 404. min. supp. Chr. 1644. opera & studio R. Manasse Ben Israël, in 4. & alibi. Commentaria in Cant. Canticor. versa sunt in linguam Latinam à Gilberto Genebrardo. Excus. Paris. an. 1570. apud Marinum Juvenem, in 4. Idem vertit Expositionem in Joëlem, ex-

cuſ. ibid. apud eundem cum verſione Latina anno 1563. Commentaria in Abdiam, Jonam, & Sophoniam in Latinum verſa ſunt ab Ar. Pontaco Burdegalenſi, cum aliis excuſa Pariſiis apud marinum Juvenem anno 1566. in 4. Ejus expoſitio in Eſther in Latinum tranſlata. ab Henrico Aquino reperitur excuſ. *Pariſ.* cum Notis anno 1622. in 4. Abſoluta expoſitione totius Sacræ Scripturæ, aggreſſus eſt Commentationem Operis Talmudici, & clariori, elegantiorique ſtylo expoſuit omnes ferè מסכתות *Maſſachtòh*, id eſt *Tractatus*, qui habent Ghemaram, videlicet,

Scripſit in מסכת ברכות *Maſſècheth Berachòth* primi Ordinis, In מסכת מועד *Maſſècheth Moëd*, שבת *Scabbath*, עירובין *Iruuim*, פסחים *Pèſachim*, יומא *Iomá*, סוכה *Sukká*, ביצא *Betza*, ראש השנה *Roſc haſciaua*, תענית *Taanith*, מגלה *Meghilla*; מועד קטון *Moëd katòn*, חגיגה *Chaghigha*, ſecundi Ordinis. Tertii Ordinis in מסכת נשין *Moſſècheth Naſcin*, יבמות *Ieuamòth*, כתובות *Chetuuòth*, קדשין Kidduſcin, גטין *Ghittin*, נדרים *Nedarim*, נזיר *Nazir*, סוטה *Sotá*. Quarti Ordinis, in מסכת בבא קמא *Maſſècheth Baua Kama*, בבא מציעא *Baua Metzia*, בבא בתרא *Baua Bathra* à capite primo uſque ad caput octavum. Cetera morte præventus non potuit abſolvere, ſed ejus Nepos R. Sampſon fil. R. Meìr abbreviatè dictus הרשבן *Hariſcban* proſecutus eſt, videlicet מסכת סנהדרין *Maſſèchet Sanhedrin*, מכות *Makkòth*, שבועות *Sciebunghòt*, הוריות

הוריות *Horaijòth*, עבודה זרה *Avoda zara.* Quinti Ordinis in מסכת קדשים *Massècheth kodascim*, זבחים *Zeuachim*, חולין *Cholin*, מנחות *Menachòth*, בכורות *Bechoròt*, ערכין *Erachin*, תמורה *Temurah*, כריתות *Cherithòth*, מעילה *Menghilla*, תמיד *Tamid.* Sexti Ordinis in מסכת טהרות *Massèchet Taharòth*, & נדה *Niddá.* Reliqua *Massachtòth* non habent Ghemará, hinc super illa non scripsit R. Salomon. Item scripsit in פירקי אבות *Pirkè Aucòth Capitula Patrum.* Extant msc. in Bibliotheca Vaticana in fol. Pergam. & Papy.

Solebat in itinere ad Pivitates divertere, ubi fuissent Academiæ, Sapientes audiebat, cum illis disputabat, illorumque decisiones in folio annotabat; dum autem in Europa fuit, peragrando per diversas Academias, decisionem quæstionis propositæ in folio annotatam sine nomine Auctoris in Schola latentèr projiciebat, & sic in omnibus ferè Universitatibus Hebræorum faciebat, quæ folia recollecta fuerunt ab Auctoribus Glossæ Tulmudicæ dictæ *Tosaphòth* in uno quaternione, & suis quæque locis inserta sub nomine quaternionis. Unde quando in præfata Glossa dicitur, *sic ait quaternio*, intelligitur de quaternione doctrinæ R. Salomonis Jarchi.

Scripsit quoque librum ש״ת *Sceèloth Tesciuuòth Quæstionum & Decisionum legalium*, qui impressus dicitur; at ego illum non vidi sicut nec alium Astrologicum sub ipsiusmet Auctoris nomine. Dicitur etiam composuisse alium librum, quem voca-

vocavit פרדס *Pardes*, qui impressus non est.
R. Abraham de Balmis facit R. Salomonem Jarchi Auctorem libri nuncupati לשון למודים *Lescion lemudim*, *Lingua eruditorum*, Tit. ex Isai. 50. vers. 4. Est Grammatica Hebræa, excusa Constantinopoli in 4. anno 1506. Item dubitatur an ipse fuerit Actor explanationis libri סדר שבועות *Sèder Scieuuòth*, *Ordinis Iuramentorum*. Certum est enim hujus Auctorem fuisse R. Salomonem, sed non exprimitur quis sit iste Salomon: cùm autem R. Salomon Jarchì sit cæteris Rabbinis hujuscemodi nominis celebrior, hinc usus invaluit, ut quando dicitur *R. Salomon* sine addito, potiùs intelligatur de R. Salomone Jarchì, quàm de alio: ut cùm dicitur *Apostolus* intelligitur Paulus, & cùm dicitur *Urbs*, intelligitur Roma. Divertit etiam aliquando apud Rectorem Synagogæ Granatensis in Hispania, & in gratiam ipsius scripsit librum de Regimine Reipub. illumque vocavit ס' הפרנס *Sèpher Happarnàs*, *Liber Gubernationis*; addit Auctor *Scialscèleth*, quòd non solùm R. Salomon fuit insignis interpres Sacrarum litterarum & Ghemaræ, sed etiam Medicus, & peritus Astrologus. Intellexit ferè omnes linguas extraneas, quibus in suis Glossis & postillis, potissimùm in Sac. Script. utitur pro elucidandis nonnullis difficilioribus vocabulis, quæ magis obscura redduntur, cùm non ita facilè hodie intelligi possint ea antiqua vocabula vel Gallica, vel Italica lingua

gua conſcripta, cùm ex incuria Librariorum, depravata ac corrupta exiſtant. Tandem adeò elegantèr, & doctè expoſuit omnia ad Legem, & ritus Hebraicos pertinentia, ut conſternatus ſit Moſes Ægyptius intuendo Commentaria R. Salomonis, in ſua Epiſtola dicta *Ighèreth Harrambam* exclamans: *Multa alia Commentaria ſcripſiſſem, niſi præventus á Gallo* (intelligens R. Salomonem) *fuiſſem.* Obiit in Urbe Trevis in Gallia annum agens 75. ejus cadaver poſtea tranſlatum in Boëmiam, in Urbe Pragenſi ſepultum fuit anno mundi 4940. Chriſti 1180. Supra ejus ſepulchrum lapideus titulus uſque in hodiernum diem viſitur. De eo in tota hac noſtra Bibliotheca Magna Rabbinica pluribus in locis mentionem fecimus, maximè Par. I. pag. 8. colum. 1. & pag. 16. col. 1. Par. III. pag. 716. & pag. 553.

RABBI ABRAM BEN MEIR ABENEZRÆ Hiſpan. qui ab Hebræis communiter vocatur חכם *Chachâm* id eſt *Sapiens*, & vocabulo contracto הרא"בע *Harauaá* ex literis initialibus ejus nominis & cognominis, naſcitur Toleti, ut quibuſdam placet. Fuit excellens Philoſophus, Aſtronomus, Medicus, Poëta, Grammaticus, Cabaliſta, & Sac. Scripturæ famoſus Interpres. In Aſtronomicis verò ita exelluit, ut quidam cum Hilario Altobel. Seni. in Tab. Regiis cap. 12. illi attribuant modum erigendi Cæleſte Schema per diviſionem

nem æquatoris in æquas partes, quem Joannes Monteregius probavit, & propagavit, utpotè in hysica ratione fundatum, eumque rationalem modum vocavit, & quem ferè omnes melioris nominis Astrologi hujus nostræ ætatis sequuntur. Variarum etiam Linguarum calluit notitiam, ac præsertim Arabicæ. Præclaro ingenio præditus, & rerum perscrutandarum ita curiosus, nt domi paternæ diù morari impatiens, foras egressus, totum ferè vitæ suæ spatium in peregrinationibus consumpserit. Anglia, Gallia, Italia, Græcia, ac aliis diversis Mundi Regionibus perlustratis, tandem in Rhodo Insula vitæ periodum clausit, incerto anno. Nàm David Ganz ait obiisse anno 4934. Chr. 1174. *Iuchasin* verò aliorum sententiam refert, eorum qui illius mortem rejiciunt ad an. 4908. Chr. 1148. illorum, qui ad annum 4928. Chr. 1168. & aliorum ad an. 4954. Chr. 1194. quam sententiam ipse approbat p. 131. ubi addit undecim annis ante mortem R. Mosis Ægyptii obiisse, quamvis pagina 193. illum è vivis tollat anno 4925. nisi sit error Typographicus. Rejice igitur sententiam Auctoris יסוד עולם *Iesod olám*, qui asserit an. mun. 4825. Chri. 1065. ut refert *Scelscel. hakab*. fol. 41. obiisse. Hinc errare deprehenditur Geneb. pag 686. Chron. qui eum vixisse scribit, sub an. Chr. 1240. Moritur itaque in Insula Rhodi ætatis suæ an. 75. sicut ipsemet dum morti proximus esset edisserat,

rit, usurpans illud Geneseos cap. 12. 4. *Septuaginta quinque annorum erat Abraham cum egrederetur* מחרן *Mecharán*, *de Haran*, paululum immutans ultimam syllabam dixit, מחרון אף העולם *Mecharòn af haolám*, id est *De æstu iræ hujus seculi.* Ejus corpus postea translatum in terram Israël, sepultum fuit in כאבול *Cabùl*, non longè à tumulo R. Salom. Ben Gebirol. Locum excessus illius R. Ganz, vocat קלאהורם *Kalhoram.* Author lib. *Iuchas.* p. 130. b. dicit quod Aben Ezræ & R. Judas Halevi Ben Salomonis Poëta insignis, fuerint filii duarum Sororum. Scripsit itaque Abraham, Aben Ezræ varia & erudita opera, quorum Catalogum sequenti ordine enumerabimus. Scripsit

1. פירוש על כל עשרים וארבע: *Pirusc al col ezrim vearbaá*, id est, *Commentarios* in omnes sacrorum Bibliorum libros.

In Pentateuchum admodum sunt prolixi, & ferè Philosophici, & multis in locis depravati. Excusi reperiuntur in Bibliis magnis cum aliorum Rabb. comment. primó compilatis à Daniele Bombergo, & Venet. impressis an. Dom. 1526. & in 4. Tomos distinctis, quæ communiter מקרא גדולה *Mikrá ghedolá*, id est *Biblia magna* vocantur. Hos ipse vocaverat סדר עולם *Seder holam*, *Ordinem universi*, quos latinos fecit Conradus Pellicanus juxta editionem prædicti Bombergi, & in Collegio Neophyt. Romæ mmssc. reperiuntur, in fol. membranaceo, ele-

elegantissimo charactere, lectu facillimo, Rabbinico tamen, scripti ab Abrahamo אלמושנו *Almosenino* pro *R.* טודרוס *Todròs* Theodoro, cognomento קסטנטיני *Kostantini* Constantinopolitano, an. mun. לוכ"ד 234. min. supp. Ch. 1474.

In Job. Quia linguæ Arabicæ perfectam notitiam tenebat, quà primùm, ut aliqui volunt, hic liber scriptus fuerat, obscuras voces sæpè ex Arabismo explicat, & Saadiæ Paraphrasim Arabicam castigat.

Ejusdem Commentarios in Abdiam, Jonam, & Sophoniam, in Latinam linguam transtulit Ar. Pontacus Aquitanicus Burdegalensis & cum aliis Rabbin. comment. prodierunt Paris. an. 1559. apud Martinum juvenem, in 4, Et post eum Jo. Leusden Ultrajecti 1657. iterùm evulgavit.

In Joëlem, cum versione latina Gil. Genebr. Prostant Paris. 1563. apud eundem Martinum, in 4. & Jo. Leusd. 1656. suis comment. illustravit.

In Hoseam cum Targum & Comment. R. Salomon. & Kimchi, variis lectionibus. Excus. Paris. apud Robertum Stephanum, m. supp. an. שי"ו 316, Chr. 1556. in 4.

Iu Cantic. Canticorum, Cum vers. lat. ejusdem Genebr. im press. Parisiis 1570. apud prædict. Martinum, in 4.

Eiusd. *Comment.* in V parua volum. id est, in

in Cant. Cantic. Ruth, Threnos, Ecclef. & Efther, Excuf. Conftantinopoli.

2. פירוש על עשרת הדברים *Pirùfc al afféreth haddevarrim*, id eft *Commentariolum in Decalogum* præceptorum divinorum Excuf. Bafil. cum Latina interpretatione, ac difficilium vocabulorum & abbreviaturarum declaratione, a Sebaftian. Munft. anno 1527. & 1529. apud Joannem Frobenium, in 8.

In Infula Rhodi annis 18. ante mortem abfolvit Commentarios in Prophetiam Danielis, an. mun. 4916. Chr. 1156, ut ipfe fcribit in fine hujus prophetiæ. Corrige igitur Plantavitium, qui in fua Bibli. Rabbin. nu. 162. dicit eos abfolviffe an. Chr. 1145. Et ibid. iterum corrige eundem, ubi librum הרכבה *Harchava* attribuit eidem Abrahamo Aben Ezræ, cùm certo certiùs fit, effe R. Eliæ Levitæ Germani, ut videbimus fuo loco.

3. ספר סודות התורה *Sepher Sodòth hatthora*, id eft *Liber Secretorum Legis*, quò arcana Pentateuchi Cabalifticè referantur. Ejus meminit Reuchlin l. p. Cab. & reperitur mfc. in Bibl. Vatic. Papyr. In 4. ubi pag. 142. dicitur, quòd Abraham Aben Ezræ illum Romæ compofuerit, an. mun. 4927. Chr. 1167. Undè apparet, notulam illam de morte R. Abrahami Aben Ezræ, quam tradit R. Inmanuel ben Jekutiel in fuo לויתן *Leviath chen* pag. 31. in הנהה 2. circa finem, ex quodam vetufto libro (ut ipfe dicit)

dicit) transcriptam, qui illam ad an. mun. 4926. Chr. 1166. rejicit, esse falsam· Colligitur etiam, prædictum Aben Ezræ bis in Insula Rhodi fuisse, primò an. Dom. 1156. quò *Commentar. iu Danielcm* perfecit. Et secundò anno 1174. quò vitam suam cum morte commutavit.

4. יסוד מורא *Jesòd mora*, id est *fundamautum timoris*. Grammaticalis liber, Joh. Buxtorf. fil. Hebraice & Latine edidit. Excus. Venet. & in Bibl. Vaticana extat msc. in Perg. fol.

5. יסוד תורה *Jesòd Thora*, id est, *Fundameutum Legis*. Cabalisticus, *De præceptis legalibus* tractans, reperitur msc. in Bibl. Vatic. Pergam. in folio.

6· סוד התמונה האותיות *Sod hattemuna haothijoth*, id est *Mysterinm formæ literarum*. Cabalisticè tractat de literis Alphabeti. Extat msc. in Bil. Vatic. Perg. in fol.

7· חי בן מקיץ *Chai ben mekitz*, id est *Vivat filius expergefactus*. Tit. libri, quò agitur *De Anima, ejus præmio, & pæna* rhythmicis carminibus, & elegantibus, in Bibl. Vatic. papyr. In 4. reperitur. Ubi additur alius tractatus על מלכות השמים *Al mulchùth hasciamaim*, *De Regno Cælorum*, dividiturque in 8. Regna, ubi *De æterna vita* potissimum agitur. Unitur cum Superiori.

8. שיר על הנשמה *Scir al hannescema*, id est. *Canticum de anima* ad modum Hymni, cum ejus explanatione; quò, *De a nin abus hominum* agi-

gitur, *quæ quietis tempore, relicto corpore ascendunt ad Dominum; & sic singulis noctibus eas in cælos ferri* credunt verpuli isti, *actionesque hominum Davis referre, & mane ad pristina corpora redire.* Habetur msc. in Bibliotheca Vaticana. Pergam 4

9. אגרת השבת *Igbereth hasciabbath*, id est, *Epistola Sabbathi*. Est Epistola in qua Sabbathum ipsi apparuisse fingitur, à quo docetur, quomodo Judæi vesperam Sabbathi celebrare debeant, non subsequentem, sed antecedentem Sabbatho. Hanc, dum in Anglia esset, Londini scripsit, non an. mun. 5020. Chr. 1260. ut ex *Scereth Judæ* Calamit. 18. ex Gentio habetur, nam ab isto anno, jam 86. anni dilapsi ab ejus morte fuerant: in quo tamen Judæi ab Insula pulsi fuerunt, & potissimum ab Urbe Londino, ubi circiter bis mille familiæ erant causa eis imposita, quòd monetam adulterassent. Ex eodem *Sceueth Judæ*.

10. הקדמה על התורה *Præfationem in Pentateuchum*, quæ habetur in initio primi Tomi Bibl. Magnorum, ex qua videntur excerpta ea, quæ Joseph de Voysin evulgavit sub titulo *De quinque modis quibus Judæi Legem solent interpretari*, & excusa reperiuntur una cum R. Israele Ben Mosis p. 151. Paris. apud Tussanum du Baray, viâ Jacobæâ, sub spicis maturis anno 1635. in 8.

11. ספר מאצטגנות *Sepher meazttagnuth*, id est, *Liber Astrologicus*, reperitur msc. in Bibl. Vatic.

tic. in 4. magno papyrac. Dividitur in VIII. libros.

Primus incipit ראשית חכמה וכו' *Rescith hochmá &c.* id est, *Initium Sapientiæ*, & habet Cap. 10. Est ferè apparatus totius Operis.

Secundus inscribitur ספר העיינים *Sepher hainianìm*, id est *Liber occasionum seu rationum*, & dividitur in 10. Capita.

Tertius ספר מהחורים *Mehachurìm*, id est *Liber libertatum*, tractat utrum astra vim inferant hummanæ libertati. Dividitur in 12. Cap.

Quartus ספר מהחורים שניים *Sepher Mehachurim scenìim*, id est *Liber secundarum libertatum*, ferè de eodem argumento tractat, & dividitur in 12. Cap.

Quintus ספר משפטי הככבים *Sepher miscpatté haccocavim*, id est *Liber judiciorum stellarum*. arg. ex Titulo patet.

Sextus tractat. *De Aspectibus Lunæ*.

Septimus. *De Conjuuctionibus Luminarium, & diebus criticis*.

Octavus, *De Interrogatiouibus*, altera parte Astrologiæ judiciariæ.

12. חידה על אותיאות אה"וי *Chidda al othiòth Aëvi*, id est *Enigma super literis quiescentibas*, est elegans, & obscurum, ac proindè difficilè, quod Latinum fecit, & mirificè interpretatus est R. David Cohèm de Làra Ráv Amstelodamensis & publicæ luci exposuit Lugduni Batavorum, an 1658. Hebraicè verò circumfertur

tur cum majoribus Bibliis initio 1. Tomi.

13. Spizelius in Bibl. univerſ. exhibet alinm librum iſtius Auctoris, quem vocat תרשיש *Tarſciſc.*, & ait continere verſus tot numero, quot literæ iſtius vocis conficiunt. Ego illum non vidi.

14. ערמת המזימה *Ornath hammezima*, id eſt *Calliditas cogitationis*, præcipué tractat de pronuntiatione literarum: eſt parvus, ſed elegans libellus. Ext. mſc. in Bibl. Vatic. Perg. In 4.

Hottingerus in ſua Bibl. Orient. Claſ. XI. ubi agit de Anima, pag. 52. alium conſimilem libellum affert hujus Auctoris cum inſcriptione ערוגת המזימה *Arugath hammezima*, id eſt *Area cogitationis*, quem dicit tractare de Anima, & eſſe obſcuriſſimum, breviſſimum, & eloquentiſſimum mſc. Idem proſùs dicit Spizelius. At ego ſupicor ex ſimilitudine tituli utrumque falli, cum pro ערמת *Ormath*, mendoſe legant ערוגת *Arugath*.

15. צחות הלשון *Tzachúth allaſchión*. *Puritas Linguæ*. Tractat de re Grammatica, & Sermone bené formando, & eum Romæ compoſuit. Eſt excuſ. Venetiis, an. mun. ת"ו 306. min. ſup. Chr. 1646. apud Danielem Bomber. In 8.

16. מאזני הלשון *Mozne hallaſción* id eſt *Bilances liuguæ*. Eſt Grammatica abſolutiſſima & optima. Excuſa Venetiis apud eundem Bombergum anno eodem. In 8.

Errat Plantavjtius, qui in ſua Biblioth. Rab-

bina

bin. ait tractare *De ponderibus*, *&* *mensuris*; Titulus *Bilances*, forsitan eum fefellit. In Bibl. Vatic. reperitur msc. an. mun. 4906. Chr. 1146. annis 28. ante ejus obitum.

17. שפה ברורה *Sapha Berrura*, id est *Labium purum* Tit. ex Sophon. 3:9.

Plantavit. in sua Biblioth. nu. 714. dicit esse *Librum Grammaticalem*, *&* *de litterarum gutturalium*, *servilium* *Conjugationum*, *&* *Pronominum formativorum* officiis tractare.

18. שפת יתר *Sephath jether*, id est *Labium excellentiæ*, ex Proverb. 17.7 Liber est Grammaticus, citatur ab Ephodæo ap. 2. circa fin. & ab Hotting. in Bibl. Or. Hebr. ad. Clas. x1.

19. פרדס החכמה *Pardes hachochma*, id est *Paradisus Sapientiæ*. *De re Grammatica* etiam tractat. Habetur msc. in Bibl. Vatic. Perg. in 4.

20. ספר ההגיון *Sepher haigaijón*, id est *Liber Logices* Ext. msc. in eadem Bibl. Vatic. permixtis papyraceis chartis cum membranaceis, in 4.

21. ספר התשבורת Sepher *hattaschboreth*, id est *Liber de Algebra*. *Ex* ead. Bibl. Vatic. msc. an. mun. 5145. Chr. 1385. Massiliæ per manum David Bar Salomonis Aben. Akusc. *Papyr*. In 4.

22. ספר האחד *Sepher haëchad*, id est *Liber unius*, tractat *De virtute numerorum*, *ab uno ad decem*. msc.

23. ספר המספר *Sepher hammispar*, id est *Liber numeri*, *De Arithmetica*, msc. 24

24. ספר המאורות *Sepher hammaorth*, *Liber de Luminaribus*, & *diebus Criticis*. Editus est primò Lugduni, apud Jo. Trechsel 1496. Latinè in 4. & ibidem an. 1508. apud Joannem Clein. in 4. postea Francof. apud Nicolaum Hofmannum, itemque apud Jacobum Fischerum 1614. in 12. utrobique cum Joanne Gavineti Ordin. Min. in Conventu Viennensi, Amico Medicorum, &c. & Romæ jam pridem apud fratres de Nicolinis, 1544. in 4. & paulo post iterum Lugd. 1540. apud Gulielmum Rouillium in 8.

25. Transtulit ex Arabica in Hebraicam Linguam, *Librum de Astrologia Judiciaria*, cujus Tit: est ראשית חכמה *Rescith chochma* id est *Initium Sapientiæ*. Msc. reperitur, unde Aben Ezra Author illius non est, ut aliqui putant, sed interpres. Vide consimilem libri tit. supra in R. Abraham Judæus, cujus agnomen ignoratur, sed creditur esse idem cum hoc Aben-Ezræ.

Postremò advertendum in Comment. Aben Ezræ super Pentateuchum quædam loca reperiri notatu digna quæ ipse ita signavit יש לו סוד *iesc lo sod*, aut שלו סוד *scielo sod*, *hic reperitur mysterium*, seu *ibi latet secretum*. Ista à quodam Anonymo fuerunt explicata, cujus codex msc. in Papyr. 4. extat in Bibl. Vatic. exaratus à R. Josue Bar Judæ Medico, anno mundi 5196. Christi 1436. in Jaunê Arabiæ maris rubri emporio, ut ibi legitur.

Genebrardus in Chron. pag. 219. mentionem facit cujusdam Calendarii Hebraici ab AbenEzra Conſcripti.

Catalogus librorum mmſſcc. Bibl. Cæſar. exhibet nobis librum *De Nativitatibus*, ſive *de Aſtrologia Judiciaria* hujus Auctoris, in 4. teſte Spizelio in Bibl. Univerſ. pag. 71.

In Machazor Hiſpano extant quædam elegantes compoſitiones hujus Auctoris, uti eſt illa, quam tempore matutino recitant, & incipit אגדלך אלהי כל נשמה *Agadelcha Elohe col neſcema. &c. Magnificabo te Deus omnis anima, &c.* P. p. pag. 3. edit. Venet. anno 1656. in 8.

Et alia in fine precum diei expiationis quæ incipit ובכן נקדישך מלך *Vbechen nacdiſciach melech. Et ſic magnificabimus te Rex.* Cæterùm, cenſuras ſuper Commentarios R. AbenEzræ in *P*entateuchum collegit Didacus Lopez anno Dom. 1578. & habentur mmſſcc. in *C*ollegio Neophyt. Urbis; In fol. papyraceo.

Moritur itaque R. Abraham Aben Ezræ ſecundùm communiorem opinionem, an. mun. 4954. Chr. 1194. in Inſula Rhodi tempore Pontificatus Cæleſtini III. anno ante nativitatem S. Antonii de Padua, & anno 14. poſt mortem R. Salomonis Jarchi ſeu *R*aſchi.

Hinc ad mortem R. Moſis Ægypti fluxerunt anni 11. De eo fit mentio in libro Kabbalæ הראב״ד *Harauad* fol. *mihi* 80. יוחסין *Juchaſin*. fol. 130. b. & fol. 163. שלשלת הקבלה *Scialſcel. hacab.* fol. 41.

R. DA.

R. DAVID BEN JOSEPH, BEN KIMCHI HISPANUS, R. MOSIS KIMCHII FRATER, quos itidem inter Viros doctos connumerant Judæi Patrem ס׳ הזכרון *Sepher Hazicharon*, Fratrem מהלך שבילי הדעת *Mahalach ſcevile hadaath* Auctorem agnoſcunt. Claruit David Kimchius, ut habet David Ganz, anno mundi 4950. Chriſti 1190. vel ſecundúm Auctorém *Scialſcel. hakkabala* p. 54. an. 4952. Chr. 1192. Ejus Patria penitús ignoratur. Idem Auctor *Scialſceleth haccabala* citato loco eum Narbonenſem facere videtur, dum ait.

רבינו דוד קמחי הנקרא הרד״ק מגליל פרווינצה בנרבונה היה בשנת ד׳ התקנ״ב כנראה בספרו והאריך ימים עד שראה הרמב״ן כנראה באגדות שנכתבו נגד המורה :

Rabbenu David Kimchi cognomento Radàk d*e Provincia*, vulgo *Provenza*, *Narbonæ fuit anno* 4952. (Chriſti 1192.) *ut apparet ex ejus libro. Et protraxit dies quouſque viderit Haramban* (ideſt Rabbi Moſen Bar Nachmàn) *ut apparet ex literis, quæ ſcriptæ fuerunt contra librum More*. Potuit quidem fieri, ut eo anno David Kimchius fuerit Narbonæ, ſed non ob id convincitur, eum Narbonenſem fuiſſe, neque ex ſuis libris id unquam probari poteſt. Legitur tamen in omnium feré ſuorum librorum principiis tam impreſſorum, quàm manuſcriptorum nomen ספרדי *Sephardi Hiſpani*, quorum plerique his vocibus exordiuntur.

אמר דוד בר יוסף בן קמחי הספרדי וכו׳

Dixit David Bar Joseph Ben Kimchi Hispanus. Narbona autem non est in Hispania, sed in Gallia, quæ nomen suum toti Provinciæ confert, hodie vulgo Linguadoca dicta. Igitur non est ambigendum, utrum R. David Kimchi inter Hispanos Auctores Hebræos sit connumerandus, præsertim cùm familia haec Kimchia semper Hispana sit habita: & dum Judæi erant in Hispania, nunquam ex eadem familia Kimchia defuerunt Synagogarum Rectores, & Academiarum Præfecti, vel in Aragonia, vel in *Castilia*: unde mirandum est, quód tam parcé de Davide Kimchio, alioquin Hebræorum doctissimo, scripserint Hebræi Auctores: nam Auctor צדה לדרך *Tzeda ladarech* in *Prefatione* ad suum Librum, ubi varios Auctores recenset, nihil penitús de Kimchio: feré nihil in *Juchasin*, solúm pag. 131. b. dum refert fuisse flammis addictum librum מורה *More*, & מדע *Madaa* R. Mosis ægyptii, de eo hæc verba audio.

וגם רבי דוד קמחי שהיה באותו הזמן כתב להכמי לוניר על זה והענין ארוך עד מאד :

Et R. David Kimchi, qui vixit tunc temporis, scripsit sapientibus Lunir de hac re, quæ nimis prolixa essent, si illa narrare vellemus. In David Ganz solertissimo Judæorum Chronographo ad annum 950. quinti millenarii hæc paucula verba de Kimchio inveniuntur, ex versione G. H. Vorstii.

R. Da-

R. David Kimchi composuit Syntagmata sua circa annum 950. Unde quæ de Davide Kimchio dicturi sumus, quæ sparsim hinc inde inveniuntur, maximé ex suis scriptis tanquam spicilegia recolligemus.

ר׳דוד קמחי *R. David Kimchius*, ex initialibus istarum trium dictionum elementis contracto vocabulo communiter vocatur רד״ק *Radak*. De eo apud doctiores usurpatur illud pronunciatum ex פרקי אבות *Pirke Auoth*, *Capitulis Patrum*, cap. 3. § 17. אם אין קמח אין תורה *Im en kemach en Thora*, *Si non est farina*, *neque est Lex*, quo alludere volunt ad illius nomen קמחי *Kimchi*, quasi *Farina aspersus*, seú *Molitor*; hinc de eo passim dicunt אין קמח בלי קמחי *Non est farina sine Molitore*, quasi dicerent: *Non est doctrina sine Doctore Kimchio*. Vocatur etiam ראש המדקדקים *Rósc Hammedakdekim*, *Caput*, & *princeps Grammaticorum*, non quod nihil aliud doceat quam Grammaticam: sed quod cæteris omnibus Sacræ Scripturæ expositoribus in litera explicanda accuratior sit, atque fidelior. Certé præstantissimus Interpres inter Hebræos habetur, minimé superstitiosus, ut fere semper esse solent cæteri Expositores hujus Sectæ. In Christianos parcus insectator, quamvis aliquando, & præsertim in expositione nonnullorum Psalmorum, contra Religionis nostræ Sacra calamum constringat acerbiorem. Ejus levissima, & vulgaria argumenta, etsi risu po-

tiús digna, quàm responsione, nihilominus resolviti & diluit doctissimé G. Genebr. in suo libello ad hæc specialiter edito, & Parisiis excuso anno Domini 1566. apud Martinum Juvenem in 8. p 63. ea tamen in novis editionibus Hebraicis expuncta sunt. Eorum nonnulla jam mutila loca annotavit Pocokius in *Notis Miscellan. ad Portam Mosis*, cap. 8. eaque in integrum restituit.

Cæterum circa tempus, quo hic Auctor floruerit: quamvis R. David Ganz in suo צמח דוד eum referat ad annum 950. quinti millenarii, hoc est ad an. Christi 1190. & Auctor *Scialsceleth hakkabalà* ad ann. 952. Christi 1192.) Quorum calculi, uti cæteris, qui de Temporum rationibus scripserunt diligentiores, aspernendi non sunt) attamen non desunt aliqui, qui enormiter ab hoc calculo aberrant, inter quos unus est *Algazæus* in Chronico, seú in libello suo sub titulo תולדות אדם evulgato. Ab anno 5343. id est Christi 1583. quo incipit, ad David Kimchium רמ״ג 243. annorum intervallum assignat. Subductis enim annis 243. ab 5343. residuus erit 5100. annus ab ipso assignatus pro interpretatione, sivé commentatione Sacrorum Librorum, & compositione Libri מכלול *Michlòl*. Distat hic computus Algazæi, ab alio Davidis Ganz. an. 150. vel 148 ab alio Auctoris *Scialsceleth hakkabalà*. Constat autem Algazæum turpiter errare, quia R. Moses Bar Nachman

man

man Gerundensis, qui an. 954. quatuor annis post Davidem Kimchium collocatur à Ganz, & ex illius Epistola, quæ inter Epistolas R. Mosis Ægyptii relata pag. 45.b. apparet, quód fuerit tempore ipsius Kimchii, cùm & ipse pro Ægyptio steterit contra Rabbinos Montispessulanos, ut statim referemus. At Algazæus discessum Mosis Gerundensis ex Hispania Jerosolymam rejicit ad annum 5068. triginta sex & ampliùs annis post controversiam excitatam à Montispessülanis Rabbinis: nam anno 4992. Christi 1232. agitabatur, ut constat ex literis eodem anno datis à Rabbinis Cæsaraugustanis de eadem controversia. Videsis easdem Epistolas Ægyptii pag 50. Neque verisimile est, Virum feré centum annorum, uti esse debuerat Gerundensis an. 5028. Christi 1268. Jerosolymitanum tam longum iter arripere potuisse. Quòd autem feré centum annorum ætatis esse debuisset Gerundensis, patet, quia anno 4954. ex Ganz. in literis floruerat: ergo circiter 25. annorum ætatis erat. Anno 5028. pergit Jerosolymam: si ab his subducantur anni 4954. remanent anni 74. quibus si jungantur 25. juvenilis ætatis, fiunt anni 99. tempore discessus ejusdem, quod prorsùs incredibile est. Anno autem 4992. R. David Kimchi erat הישיש *Hajascisc* decrepitus, ut dicitur in narratione controversiæ inter Rabbinos Montispessulani, & alios circa libros Ægyptii, de

qua infra. Quomodo igitur potuit pervenire ad annum mundi 5100. & eo Syntagmata sua scribere, prout vult Algazæus? quod idem est, ac si dixisset, Davidem Kimchium vixisse 260. ferè annis. Unde patet evidenter error Alghazelis Chronologiæ, & quàm ei fidendum sit, intelliget Lector.

Et quia de controversia inter Rabbinos Montispessulanos mentio facta est circa libros מורה *Moré* & מדע *Maddáa* R. Mosis Ægyptii, operæ pretium erit per extensum eam narrare, ut opera, & auctoritas R. Davidis Kimchii inter Synagogas Hispanas, & Gallicas omnibus manifesta fiat. Res autem ita se habet.

Vivente adhuc ipso Mose Bar Maimonis vulgò Ægyptio nuncupato, & promulgato ipsius libro מורה הנבוכים *Morè Hanneuuchim*, *Directore perplexorum*, Hebraice (nam primó Arabicè ab eo fuit compositus) magnos motus inter Judæos hæc editio excitavit. Siquidem *Ràu Salomon de* Monte *pessulano Ben R. Abrahami* cum duobus discipulis suis *R Jona*, & *R. David Ben Saul* varias calumnias in odium prædicti libri מורה *Moré*, & alterius מדע *Madáa* evomuerunt. Diris etiam publicis devovere non dubitarunt eos, qui Philosophicis studiis addicti fuissent, & eos, qui libros modò nominatos legere auderent; imó libros ultricibus flammis addixerunt. Contra hujus Salomonis & discipulorum suorum conatus, Rabbini *Badresc*, & *Nar-*

Nàrbonæ, aliarumque Synagogarum Provinciæ insurgunt, & cognita eorum pervicacia, eos excommunicant. Hæc audientes Rabbini Salomon, Jonas, & David, ad reliquas Galliæ Synagogas scribunt, literasque per manus unius illorum mittunt, qui ita eas ad suas partes pellicit, ut omnes Gallicæ Synagogæ, omnes Provinciæ Narbonensis Synagogas vicissim anathematizent. Hinc ignis inter Hebræos Gallos, & Narbonenses succenditur validus, aliis pro Mose Ægyptio, suisque libris מורה *Moré*, & מדע M*addaà* certantibus, aliis eos diris devoventibus. Hæc controversia, R. Davidis Kimchii auctoritate, & industria, utcumque componitur: quippe qui ab Universitatibus Narbonensibus electus fuerat, ut apud Synagogas Hispancias causam istam introduceret, eique patrocinaretur. Accidit hoc circa an. mun. 4992. Chr. 1232. ut ex Epist. decretali Rabbinorum *Cæ*saraugustæ data Mense Julio ejusdem anni 4992. & ad Synagogas Aragoniæ *R*egni directa pro libris Mosis Ægyptii videre est, quæ inter Epistolas Ægyptii habetur p. 50. Quo facto; omnes Synagogæ Comitatus *C*atalauniæ, & *R*egni Aragoniæ iterum seditiosos illos Montispessulanos *R*abbinos, excommunicant. Hæc audientes Gallicæ Synagogæ timore perculsæ, a se latas excommunicationes contra Narbonenses revocant, & Hispanicarum Synagogarum judicio & censuræ inhærentes

tes, omnia à Rabbinis Montispessulanis decreta damnant. Huic damnationi à tot tantisque Universitatibus Rabbinicis, Hispanicis, & Gallicis latæ, unus tantùm *R. Judas Bèn R Joseph Ben* אלפאכר *Alphacàr* Medicus, & Archi Rabbinus Toletanus calculum suum adjicere negat, imó zelum, & conatus R. Salomonis & discipulorum in conservanda Legis Mosaicæ puritate, & simplicitate, qua omnia humana & Philosophica doctrina exploditur (ut ipse ajebat) extollit. Nam, ut libri מורה *Moré* & מדע *Maddaà* à Montispessulanis Rabbinis damnarentur, hæc unica, & potissima causa fuit: quia non solùm in his libris præceptorum, & ceremoniarum legalium causa finalis assignabatur, eaque cessante, Legem etiam ipsam cessare necessum erat; verùm & de causa prima, ejusque operatione ad extra, non aliter in his libris philosophari deprehendebatur, ac solent Theologi nostri. Quæ omnia Religioni Christianæ nimis favere videbantur. Idque agnoscentes nostræ fidei zelatores Prædicatorii imprimis, & aliorum Ordinum Theologi, ac Sacri Censores librorum, noluerunt hos libros condemnare, etiam instante parte, ut refert hic noster R. David Kimchi ad *R.* Judam præfatum, cui dum Abulæ in domo judæi קשיט *Kascitt* moraretur, scribit. Hæc Epistola inter alias Ægyptii habetur pag. 47. editionis Venetæ an. mundi ש״ד 304. minoris supputationis, Chr. 1544. apud

apud Cornelium Adil-Kinad in 8. & incipit.

I. :'הנה אנכי יצאתי לשטן וכו

Hinné anochi iatzàthi lesatan &c. En ego egressus sum ad adversarium &c. ex Num. 22. 32. qua pro *Moré* & *Maddaa* in favorem Ægyptii propugnat. Videns autem Kimchius, quòd ei non responderet R. Judas, aliam eidem mittit Epistolam, cujus initium est.

II : 'הנה עצרני יהוה וכו *Hinnè atzarani Adonai &c. Ecce conclusit me Dominus &c.* ex Gen. 16: 2. Cui respondit R. Judas. Et subinde aliam illi Kimchius transmittit, quæ incipit.

III. : 'יהודה אתה יודוך אחיך וכו *Jehuda atta iodúcha achécha &c. Judas tu, laudabunt te fratres tui &c.* ex Genes. 49. 8. Tunc primæ Epistolæ respondet Judas & τῷ πlanè judaico, & immorigerato, verbis orditur Epistolam ex Zacharia 3. 2. desumptis.

:'יגער יהוה בך השטן וכו *Ighaar Adonai becha Hassatan &c Increpet Dominus in te Satan &c.* Ob hanc inurbanitatem conqueritur *R.* David Kimchius, datis ad eum aliis literis ex domo prænarrati *Kascitt*, quæ incipiunt.

IV. 'לא אחדל לדבר אליך וכו *Lo echdal ledabber elécha &c. Non cessabo loqui ad te &c.* eum urbanè tractat, & modestè corrigit. Cui mitiùs respondit *R.* Judas, & quasi recognoscendo errorem suum, his verbis incipit Epistolam.

: 'טובה תוכחת מגולה וכו *Toua tochechéth megulla &c.*

&c. Melior correctio aperta &c. Hæc omnia habentur inter Epistolas R. Mosis Bar Maimonis jam sæpiùs citatas. Kimchii igitur auctoritate & industria, ad meliorem frugem redacto *R.* Juda Medico Toletano, sine ulla alia controversia, à Censuris *R*abbinicis absolvuntur libri מורה M*oré*, & מדע M*addaá*, ac abraditur infame Epitaphium, quod supra Mosis Ægyptii sepulchrum scribi fecerunt Rabbini Montispessulani; alio æquiori apposito, ut in *Mose Bar Maimonis* videbimus.

Sicque dissidiis istis sedatis, ad meliora utilioraque applicuit animum R. David Kimchius: & *Commentaria in Sacram Scripturam*, quæ multò antèa, ad illius literalis sensus intelligentiam scripserat, & *Grammaticam*, ac *Onomasticum* omnium ejusdem Sac. Scripturæ librorum, quæ sub nomine מכלול M*ichlòl*, & שרשים *Sciarascim* composuerat, in publicam lucem exponere voluit. Quod verò *R.* David Ganz dicat, eum Syntagmata sua scripsisse circa annum mundi 4950. Christi 1190. hoc potest intelligi de inceptione, non de consummatione, perfectione, & in publicam lucem expositione eorundem Syntagmatum. Scripsit itaque.

I. פירוש על התורה *Pirúsc al Hattorá Commentarium in Pentateuchum*, teste Auctore *Scialsèleth hakkabalá*, pag. 54. & Algazæo in *Chronico*, pagina 8. b. his verbis: פירש ר׳ דוד קמחי כד, ספרי הקדש *Commentatus est R. David Kimchi in viginti*

ginti quatuor libros ſanctitatis, hoc eſt omnes libros Sacræ Scripturæ, inter quos primus eſt *Pentateuchus* Moſis. Sed de hoc ambigunt Viri eruditi, neque ego illud unquam vidi.

II. פירוש על נביאים ראשונים *Piruſc al Neuiim Riſcionim*, *Commentarium in Prophetas Priores*. Excuſum fuit Venetiis cum aliis Commentariis apud Danielem Bombergum anno Domini 1517. in folio magno. In Codice Bibliothecæ Urbinatis in Bibliotheca Vaticana in 4. Pergam. extant *Commentarii in duos libros Regum*. Et pag. 108. reperiuntur notata Prophetarum loca, quæ inter ſe contraria videntur. Incipiunt à libro Joſue uſque ad libros Regum. Poſtea annotatur annorum numerus, quo incœperunt, & perduraverunt materiæ contentæ in ſingulis libris Sanctorum Bibliorum; exempli gratia annorum numerus à creatione mundi uſque ad mortem Joſephi, ubi deſinit liber Geneſis eſt 2309. annorum &c.

III. פירוש על נביאים אחרונים *Piruſc al Neviim acharonim*, *Commentarium in Prophetas Poſteriores*, in Iſaiam videlicet, & alios, quos Majores nos vocamus (dempto Daniele) Itemque in XII. Minores. Reperitur impreſſum in מקרא גדולה Mikra Ghedola, *Bibliis* Magnis Venetis, & Baſileenſibus. Et ſeorſim excuſ. invenitur Piſauri ſub ditione Ducis Urbinatis & Soræ, ac Præfecti Urbis anno in hoc ſymbolo incluſo,

כי

כי גדול יהוה ומהלל מאד ונו״רא הוא :

Quoniam magnus Dominus, *& laudabilis nimis*, *P*ſal.96: v.4. anno 5275. Chriſti 1515. apud Gerſom de familia Soncinatum in fol.

In XII. M*inores Prophetae Commentarii* prodierunt Pariſiis ex Officina Roberti Stephani cum Textu, charactere elegantiſſimè punctato anno Domini 1536. & emendatione Franciſci Vatabli Hebraicarum literarum Regii Profeſſoris. In 4.

In *Hoſeæ Prophetiam cum Targum Jonathan*, *& Commentariis R. Salomonis*, *Aben Ezræ*, *& variis lectionibus*. Ibidem apud eundem an. ש״י 316. min. ſup. Chriſti 1556. In 4.

In *Aggæum*, *Zachariam*, *&* M*alachiam* ejus Commentarii in Latinum converſi fuerunt à Thoma Nelo Anglo, quibus Auctarii loco acceſſere *Breves Obſervationes* partim ex D. Hieronymo, partim ex aliis probatæ fidei Auctoribus decerptæ. Excuſ. ibidem anno Domini 1557 apud Martinum Juvenem. In 4.

In *Abdiam*, *Jonam*, *& Sophoniam Commentarii* in Latinum verſi ab Ar. *P*ontaco Aquitanico Burdegalenſi, cum aliis. Excuſi ibidem an. 1566. apud eundem, in 4.

In *Joëlem* cum verſione Latina G. Genebr. Excuſ. ibidem anno Domini 1563. apud eundem. In 4.

In *Amos Commentarii* ſeorſim Hebraicè excuſi ſunt cum *Epiſtola Eliæ Levitæ ad Munſterum*

Ba-

Basileæ apud Henricum Petrum anno 1531. In 8.

In *Joël & Malachiam Commentarii.* Item *Medicina spiritualis*, separatim impressa Basileæ anno 1530. apud eundem, & Vormatiæ 1530. ex Officina Henrici Petri Hebraicè in 8.

In *Psalmos Commentarii* cum Textu & Paraphrasi Chaldaica punctis ornata prodierunt Venetiis unà cum aliorum RR. Commentariis apud Danielem Bombergum, anno Domini 1517 in magno folio; & seorsim cum Targum, & Textu Hebraico in fol. Item ibidem apud Jo. de Gara anno 356. min. supputationis, Christi 1596. in 8. Et *Isnæ* multò priùs apud Paulum Fagium anno 302. Christi 1542. in fol.

Plurima exemplaria mmssc. ejusdem Kimchii circumferuntur, & in celebrioribus Bibliothecis reperiuntur, uti *Romæ* in Bibliotheca Vaticana, & Urbinate, ubi omnia hujus Auctoris scripta diligentissimè asservantur. In Bibliotheca etiam Collegii Urbani de Propaganda Fide inter alia mmssc. Hebraica extant *Commentarii* ipsius R. David Kimchii in *Psalmos* in Codice membranaceo elegantissimè scripti, charactere Rabbinico, in 4. In Bibliotheca etiam quondam Eminentissimi & Reverendissimi Cardinalis Brancatii, hodie Illustrissimi & Reverendissimi Dom, D. Stephani Brancatii Episcopi Viterbien. & Tuscanensis, virtutum & bonorum Patrui defuncti ex asse hæredis dignissimi,

mi, vidi hujusmodi *Commentarios* scriptis eleganter Hebraicè exaratos ab Alphonso de Zamorra, quos exscripsit in gratiam Don Francisci Bocaliliæ Hispani anno 1541. in Urbe Alcalà de Enares. De hoc Hebraico Scriptore vide infrà in *R. Joseph Aben Caspi.*

Hujus etiam Auctoris *Commentarii in totum Psalterium* Latinè nuper redditi sunt à Domino Ambrosio Janvier Congregationis S. Mauri Monacho Benedictino Gallo, & Parisiis excusi anno Domini 1666. apud Ludovicum Billaine in Palatio Regio in 4. magno, præfixa docta & erudita *Præfatione ad Divinæ Scripturæ studiosum Lectorem* directa, & *Epistola Dedicatoria ad Franciscum de Harlay de Champualon Archiepiscopum Rothomagensem.*

Ejusdem in *X. Primos Psalmos Commentarii* Hebraicè & Latinè prodierunt Isnæ Paulo Fagio Typographo anno Domini 1544. Et ibidem in parvo folio anno mundi 302. minor. supput. Dom. 1542. apud eundem Fagium, in qua editione plura extant, quàm in priore Veneta, & in fine adducuntur omnes *Objectiones contra fidem Christianam petitæ* e *Commentariis* ejusdem.

Bartholomæus Valverdius Gaudia Theologus Hispanus, & Linguæ S. admodum peritus hujus *R.* David Kimchii *Commentarios in Quinquaginta priores Psalmos* Latinos reddidit, quorum mmssc. Originarii asservantur *R*omæ in

in Biblioth. B. Mariæ Tranſpontinæ Ordinis Carmelitarum cum aliis mmſſcc. e usdem Valverdii Papyr. in fol. ubi pag. 6. de R. Davide Kimchio hæc leguntur: *Vixit* (R. David Kimchi) *non multò poſt Aben Ezrah, cujus ætas in annum Domini* 1146. *incidit. Arabicæ & Chaldaicæ linguæ fuiſſe peritiſſimum, conſtat ex Onomaſtico, ubi Hebræas voces ex Arabicis & Chaldæis ſemper explicat. Scripſit eum in Gotholania* (Barcinone fortè, aut Cæſar-Auguſtæ, ubi Scholæ tùm Judaicæ floruerunt) *quod certiſſimum eſt: nam voces ſacras cùm interpretatur, rara ea vox eſt, in qua linguam vulgarem non advocet. Porrò ea, quæ à vulgo petit vocabula, Gotholanica ſunt, è quibus multa annotavi, ut vocibus, ſive radicibus* אגם *Paluda & Eſtagne, id eſt Palus, Stagnum &c.* Quod autem hic Auctor dicit, Kimchium vixiſſe non multò poſt Aben Ezræ verum eſt. Sed ſi pro ætate ejusdem intelligat mortem R. Aben Ezræ, falſum eſt, eum obiiſſe anno Domini 1146. cùm obierit anno Domini 1194. ut vidimus in R. *Abraham Ben Meir Aben Azrae*: Si verò pro ætate intelligat mortem R. David Kimchii, etiam falſum eſt: nam Kimchius anno Domini 1232. vivebat, quo anno, ut vidimus, cauſæ Rabbi Moſis Ægyptii contra Rabbinos Montiſpesſulanos patrocinium, quamvis decrepitus, ſuſcepit. Quod autem *Onomaſticum* ſuum, ſeù librum *radicum*, in Catalaunia ſcripſerit, cujus rei pro ſigno datur, vocum

Bb He-

Hebraicarum interpretatio Catalaunica lingua: hoc non est ita certum, ut de exemplis allatis non possit dubitari, an eæ sint voces Catalaunicæ potiùs, quàm Hispanicæ, vel etiam Gallicæ: nam in radice אגם explicans פלו בלעז או אשטיין *Palu* vulgó aut *Estagn* illud בלעז non tam Catalaunicè intelligitur, quàm Gallicè vel Italicè, ut patet in Commentariis R. Salomonis, quibus passim בלעז *Beldatz* vulgariter sed Gallicè voces interpretatur; & vox ipsa אגם Exod. 7. 19. אשטינק *Estank*, *Stagnum*, Gallicè redditur. Hæc annotata sint, ut argumentum de Patria aut loco, in quo Onomasticum suum Kimchius scripserit, ex his vocibus, & interpretamentis petitum, nihil certi nobis præbere intelligatur. Scripsit Librum, cui nomen indidit.

מכלול *Michlol*, *Perfectio*; id est *Liber perfectissimus omnia complectens*. Tit. videtur desumptus ex Ezech. 23. vers. 12. dividitur in duas partes. Prima complectitur universam Grammaticam linguæ Sanctæ. Secunda veró speciali nomine vocatur ס' שרשים *Sepher scorascim*, *Liber Radicum*, de quo mox. Est absolutissimum *Dictionarium omnium vocum*, quæ in Sacris Voluminibus Hebraicis reperiuntur. Utraque Pars simul excusa fuit Constantinopoli an. mun. 5273. Christi 1513. anno secundo Imperii Selimi. In fol. Et ibidem an. XII. Solymanni, hoc est Domini 1530. pariter in fol.

In

In cujus frontispicio legitur hunc Librum impressum fuisse apud *Gerson Soncinatem Bar Mòsis fil. Israëlis, filii Mosis, qui propè Ciuitatem* פירט *Perat* (Ungariæ ut creditur) *contra fratrem Jo. de Capistrano pugnavit, eumque cum toto exercitu suo fugavit* (ubi etiam iniuriosè Viro sanctimonia claro pronomen רשע *Rasciaà Impii*, adiungit) *Is Moses de Spira vocabatur* , *cujus mentio fit in* הוספות *Thosaphòtù*, è cujus posteris quarta ætate genitus est hic Gersom cognomento de Soncino, qui Impressoriam artem exercuit primò Brixiæ in Italia, & postea Constantinopoli. De hac familia Hebræorum Soncinatum, à quibus pimò in Italia cœpta est impressio librorum Hebraicorum diximus suprà Parte I. pag. 431. & de eodem Gersone Ibid. pag. 434. col. 2. Venetiis quoque excusus fuit in fol. apud Danielem Bombergum anno mundi 5289. Christi 1529. Et ibidem apud eundem anno ש"ה 305. minoris supput. Christi 1545. in fol. & cum nonnullis notulis Eliæ Levitæ Germani ibidem anno sequenti apud Cornelium Adil-Kinad in domo ejusdem Bombergii pariter in fol. Et ibidem apud Marcum Antonium Justinianum anno 5307. Christi 1547. characteribus Bombergianis, In fol.

At מכלול *Michlòl* seorsim à libro שרשים *Scorascìm* etiam excusus fuit Venetiis apud Cornel. Adil-Kinad, & in domo Danielis Bombergii anno ש"ה 305. min. supputat. Christi

 1545

1545. In 8. Hæc est optima editio, quia in ea exhibentur loca Scripturæ cum punctis vocalibus, & ex quo libro sint desumpta, notantur in margine; inter contextum verò aliquot animadversiones R. Eliæ Levitæ Germani interseruntur. In explicatione autem aliquot locorum Scripturæ, quando extra Grammaticam vagatur, non raro impingit in errores, ut quando pag. 9. ea quæ plurali numero ponuntur in Scriptura, singulari vult exponere, & ait, ita loqui Scripturam ornatus gratia, ut loqui solent Reges per *Nos*, ut illud 2. Samuel c. 16. vers. 20. *Et dixit Absalom ad Achitophel: Date vobis* (seù ut Vulg. *Inite*) *consilium quid faciamus*, quasi נעשה *Naassè*, sit locutio Principis loquentis in plurali numero, & non meliùs referri possit ad Absalonem, & ad Achitophelem, & alios qui secum erant, ac si dicerent: Quid facturi simus nos omnes, qui contra Regem, ejusque vitam & Regnum machinamur. Falsam hanc expositionem in singulari נעשה *Faciamus*, affert, ut ex ea aliam inferat consimilem, illam scilicet, quæ Gen. 1. habetur נעשה *Naasse Adàm*, *Faciamus hominem &c.* & sic ad suum singularem contortum sensum contorqueat Scripturam, ut inde pluralitatem personarum in unica Divina essentia pervicaciter negare queat, unde air-

ויש מפרשים כן נעשה אדם בצלמנו כדמותנו :

Et sunt aliqui qui hoc modo exponunt (singulariter)

riter) *illud* (Genef. 1.) *Faciamus hominem in imagine noſtra ſecundùm ſimilitudinem noſtram.* Qui ſunt iſti aliqui Expoſitores? Certè nulli alij, niſi vnus Kimchius. Deinde dicat, quem alloquitur Deus, quando dicit: *In imagine noſtra ſecundùm ſimilitudinem noſtram?* Reſpondebit cum Patre ſuo, qui, vt ipſe ibidem habet, explicabat de Deo loquente cum quatuor Elementis. En ejus verba.

ואדוני אבי ז"ל פירשו כי הוא מדבר כנגד ארבעה יסודו' כי אמר כשאר הבריאות תוצא הארץ: תדשא הארץ: ישרצו המים: ובאדם רצה לתת בו רוח עליונה לפיכך אמר נעשה וכן כצלמנו: הרוח בצלם עליונים: והגוף בצלם תחתונים

Et Dominus meus Pater meus f. m. declaravit, quòd ipſe (Deus) *loquebatur ex adverſo quatuor Elementorum: quoniam dixerat de reliquis creaturis: Producat terra: Germinet terra: Reptificent aquæ. At in homine volens ponere Spiritum ſuperiorem, ideò dixit: FACIAMUS, & eodem modo, IN IMAGINE NOSTRA. Spiritus enim eſt ad imaginem ſuperiorum, & corpus ad imaginem inferiorum.* Quaſi diceret: Quando Deus voluit facere terrena, abſolutè dixit, & imperavit ſine aliqua conſultatione: *Producat terra: germinet terra: reptificent aquæ;* ſed quando Deus voluit creare animam hominis, quæ ſpiritualis eſt, & de foris venit, conſilium capit, & in adiutorium invocat quatuor Elementa, quia tantum opus ex ſe ſolo perficere non valet. Hæc eſt egregia expoſitio doctiſſimi Joſe. Kim-

chii patris hujus nostri doctissimi Theologo-Grammatici, quam refellere sufficit attulisse.

Porró hic liber מכלול *Michlòl* Latinitate donatus fuit ab Agathio Guidacerio in Universitate Parisiensi Sacræ Theologiæ Professore, & publicæ luci expositus Hebraicè cum punctis, charactere quadrato, & Latina versione è regione illius. Parisijs anno Domini 1540. In 8. Eundem etiam Conradus Pellicanus Latinum fecit, teste Conrado Gesnero in sua Bibliotheca.

Secunda Pars hujus מכלול *Michlòl* vocatur שרשים *Scorascim*, *Radices*, & est *Onomasticum omnium primitivarum vocum Sacræ Scripturæ*, quas Hebræi *Radices* vocant, conjunctum cum I. Parte *Michlòl*, hoc est simul cum *Grammatica*; evulgatum fuit eadem forma, & ijsdem locis suprà recensitis in *Michlòl*. Separatim excusum reperitur in magno folio charta optima, anno tamen non notato, aut loco impressionis, & asservatur in Collegio Neophytorum Romæ. Buxtorfius notat, primò excusum fuisse Neapoli anno ר"נ 250. min. supput. Christi 1490. Deindé Venetiis apud Marcum Antonium Justinianum an. ש"ח 312. Christi 1522. Cui editioni additæ sint *Animadversiones, & significata vocum Latina* margini apposita, quæ editio optima est, inquit Buxtorfius. Demúm ibidem apud Danielem Bombergum 5289. Christi 1529. In fol.

Utra-

Utraque item Pars, tam conjunctim, quàm separatim, nulla est alicujus nominis Bibliotheca, in qua msc. non reperiatur. Habeo & ego in meo qualicumque Musæolo hujus *Onomastici* duplex exemplar, utrumque in folio mag. Pergam. manu exaratum, & perquam eleganter characteribus Rabbinicis conscriptum. In horum altero in fine adjuncta est *Grammatica R. Mosis Kimchii*, fratris germani hujus Auctoris, quæ vocatur ab illius primis vocibus מהלך שבילי הדעת. Et in Bibliotheca Vaticana hujus Kimchii *Dictionarium* præter nonnulla alia signat num. 414. 415. unum notatu dignum reperitur scriptum minutissimo charactere, sed quadrato in Codice *Sacrorum Bibliorum* in fronte & in calce cujuscunque paginæ in fol. parvo membranaceo sign. num. 8. Aliud etiam sub. num. 416. & in fol. Pergam. ibidem emptum ab Andrea Masio pro eadem Bibliotheca tempore Julii III. Pont. Max. jussu Marcelli Ceruini S. R. E. Cardinalis & Bibliothecarii, postea Pontificis Maximi Marcelli II, priore nomine retento.

Advertendum tamen est, quòd R. David iste Kimchius, non pauca, tam in *Grammatica*, quàm in *Onomastico* mutuatus est ab *Abul Walid Marun Ibn Iannahi* Hebræo Arabe, qui multò ante ipsum Arabicè edidit *Grammaticam*, & *Librum Radicum*, teste Pocockio in *Portæ Mosis Præfatione*. Sed hoc nihil detrahit honori, & sedulitati Kimchii; sicut nec ullum detrimen-

tum infertur honori Sanctis Pagnini, cúm sum *Thesaurum Linguæ Sanctæ* ex Kimchii *Radicum* libro Hebraico, ipse Latinè compilaverit. Scripsit etiam Kimchius-

פירוש על הפטרות *Pirùsc al Haphttaròth*, *Commentarios in Lectiones Prophetarum*, quæ hinc inde ex Prophetis desumuntur, & leguntur post פרשיות *Parasciòth*, *Sectiones* Pentateuchi per singulas Hebdomadas-Scripsit-

עט סופר *Eth Sophèr*, *Cælum Scribæ*, Tit. ex Psal. 42. v. 15. Tractat *De Massora*, & *Accentibus*, cujus meminit Elias Levita Germanus in *Fragmentis Tabularum*, & Buxtorf. in *Abbreviat. Hebraicis*, Abbreviat. ע"ס & in Biblioth. Rabbin. pag. 391.

Cæterùm, de R. David Kimchio egerunt obiter *Iuchassin* pag. 131. b. *Scialscèl. hakkab.* pag. 54. in principio paginæ: Samuel Alghazæus in *Toledòth Adàm* pag. 8. b. R. David Ganz in צמח דוד ad annum 950. suprà quatermillesimum: Genebrardus in *Responsione ad argumenta* ejusdem contra nonnullos fidei Christianæ articulos; & in *Indice Librorum Rabbinicorum*; Sixtus Senensis in *Biblioth. Sancta*: Buxtorf. & Plantavitius in *Bibliotheca Rabbinica*: Hottingerus in *Bibliotheca Orient*. Pocokius in *Præfatione ad Portam Mosis*: & Spitzelius in *Sacrarum Bibliothecarum illustrium arcanis detectis*.

R. LEVI BEN GHERSCIOM, seú GERSON, contractè dictus רלב"ג *Ralbàgh*

bágh, quòd per literarum initia tantundem significat, natione Hispanus, secundùm aliquos Provenzalis de Oppido Bagnoli, unde communiter vulgò vocabatur Magister Leo de Bagnolo, ex Cod. msc. Urbin. in Vaticano sub numero 19. Tam ejus pater, quàm matris pater, & quàm ejus nepos fuerunt Doctores insignes: nam Gerson pater ejus composuit librum שער השמים *Sciaàr hasciamàim*: ejus avus maternus fuit הרמב״ן *Harrambàn*, notissimus Auctor, de quo infrà in R. Mose Bar Nachmàn; & ejus nepos filius filiæ fuit רשב״ץ *Riscbàtz*. Vide R. *Simeon Bar Tzèmach. Juchass.* pag. 133. b. Synchronus fuit Rabbènu Ascèr Ben Jechielis Germani, ideò uterque simul jungitur ab Auctore *Scialsceleth hakkabalà* pag. 60. circa annum 5050. Christi 1290 Professione fuit Medicus, sed extra Chorum saltans, & Theologi nomen affectans, non solùm vacillavit in fide Judæorum, sed & in varios atque manifestos errores incidit, ut patet ex ejus libro *Milchamòth hascèm*, quo Prophetiam donum Dei gratuitum esse negat, cùm in homine ut sit aptus ad prophetiam recipiendam requirat naturales tùm animi, túm corporis dispositiones; quod & idem repetit in diversis locis suorum Comment. Unde & Genes. 32. utilitate 4. dicit, quòd Jacob fuit omnium hominum fortissimus, quia prophetia non habitat nisi in Viro sapiente, forti, divite, & proceræ

 sta-

ſtaturæ, & ſic errorem ſequitur Ariſtotelis, & Avicennæ, qui Prophetas ex naturali diſpoſitione conſtituunt. At id facilè reprobatur, non modò ex Matth. 7. *Non novi vos*, quamvis dixerint: *In nomine tuo prophetavimus*: ſed & Saul inter Prophetas. *Proſperabit*, inquit Script. (1. Sam. 10. 6.) *ſuper te Spiritus Domini, & prophetabit, & converteris in virum alterum.* Quamplurimi ſunt errores hujus Rabbini, quos ſi omnes ſingillatim referre, & confutare voluerimus, vix unicum Volumen ſufficeret ad eos omnes comprehendendos. Ex iis, quæ ſuprà Par. I. pag. 661. col. 1. de hoc Rabbino annotavimus, intelligi poteſt, quomodo fidei S. Hiſtoriæ V. Teſt. detrahat, & ad ſomnia, & viſiones omnia reducat. Nihilominus apud ſuos celeberrimus Philoſophus, & Theologus habetur, וספריו *& ejus libros* (ex *Juchas*. p. 133. b.) רבו מלספור *plures eſſe quàm numerentur*. Scripſit enim.

Commentarios in omnes libros Sacræ Scripturæ, quos hiſtoricè, literaliter, & non raró philoſophicè exponit; quibus addit nonnullas utilitates ex ſuis commentationibus collectas.

1. In Pentateuchum Moſis Commentarios habes mmſſcc. in Bibliotheca Vatic. Papyr. in fol. ſub. n. 35. Hoſce perfecit Auctor anno 5090 Chr. 1330. ex R. David Ganz ad hunc annum. Hic Codex Vatic. mſc. Exaratus eſt an. 5244. Chriſti 1484. Vide pag. ult.

Im-

Impressi postea fuerunt Pisauri in fol. anno 274. min. supp. Chr. 1514. sub Francisco Maria Urbini Duce, ac Urbis Præfecto. Literis quadratis Venetiis apud Danielem Bombergum an. 5307. Christi 1547. in fol. In Collegio Neophytorum Romæ extat aliud exemplar horum Commentariorum super Pentateuchum charactere quadrato, & antiquo, sed sine anno impressionis, & loci designatione.

2. Horum Commentariorum utilitates excusæ reperiuntur Rivæ Tridenti sub Domino Christophori Madrutii Episcopi, apud R. Josephum אוטלינגי Othelingium anno ש״ך 320. min. supputat. Christi 1560. in 4. sub nomine.

תועליות הרלב״ג *Toaliòth Haralbàg, Utilitates Harràu R. Levi Ben Gerson.*

3. Comment. in lib. Samuelis absolvit anno 4098. Chr. 1338. *R.* David Ganz. Ibid.

4. Ejusdem Commentarii in Job reperiuntur msc. in Biblioth. Vat. sub numero 77. Completi autem fuerunt anno 5086. Christi 1326. die 23. mensis Tevèt, Decembris, quadraginta quatuor annis ante ipsius mortem. Inter Codices Urbinates eos invenies in folio parvo pergam. sub num. 18.

Excusi deinde fuerunt Pisauri anno 5237. Christi 1477. apud R. Abraham Ben R. Chaiím Pisauriensem, & absoluti die 6. Mensis Sivàn Maji. In 4.

Ejus-

Ejusdem item Commentarii in Job., & Danielem cum utilitatibus &c. msc. Extant in Biblioth. Urbinat. apud Vatic. sub num. 19. in 4. Pergam. & Papyr. simul. Ubi pag. 207. dicitur, quòd praenominatus Levì, vocabatur vulgariter Magister Leo de Bagnolo. Iidem Commentarii in Job Hebraicè, & Latinè prodierunt Parisiis 1623. in 4.

5. Ejusdem Commentarii in Proverb. cum utilitatibus, & documentis moralibus, quae inde deducuntur. Extant msc. in Bibl. Urbinat. apud Vatic. scripti 5098. Christi 1338. Item in Ruth. scripti anno 5089. Christi 1329. In Esther cum 16. utilitatibus &c. Item in Eclesiast. cum ejusdem utilitatibus, &c. sub num. 17. in fol.

6. Item Commentarii in Proverbia, in Danielem, Esdrae libros, & Paralipomenon mmsscc. extant in Biblioth. Vaticana scripti anno 5249. Christi 1489.

7. Scripsit in quinque parva Volumina Commentarios. In Cant. Cantic. msc. extant in Biblioth. Urbin. apud Vatic. sub num. 17. Pergam pag. 245. scripti anno 5080. Christi 1325. in fol.

Iidem Commentarii in Cant. Cantic. in linguam Latinam versi fuerunt à Flavio Mitridate. Reperiuntur in Biblioth. Vatic. inter Codd. mmsscc. Latinos sub num. 4273. fol. Papyr. In Esther, Danielem, & librum Esdrae. ut scribitur

bitur in libro msc. Vatic. in 4. Pergam. absolvit Commentarios an. mundi 5098. Christi 1338

Iidem Commentarii in quinque parva Volumina, hoc est in Cant. Cantic. Ruth, Ecclesiasten, & Esther impressi fuerunt Rivæ Tridenti anno 320. min. supput. Christi 1560. sub Christophoro Madrutio Tridentinæ Urbis Episcopo, & Principe: at in Threnos Jeremiæ Commentarii desiderantur, quia vel (ut notat Jacob מרקריאה Markarià in Epistola ad Lectorem) ab Auctore editi non fuerunt, vel deperditi; non enim ad manus ejus pervenerunt.

Præter Sacrorum librorum expositionem ad alias scientias cùm Morales, tùm Philosophicas explicandas animum applicuit, itaque.

8. Scripsit anno mundi 5085. Christi 1325. insigne Volumen, cui titulum præfixit מלחמות יהוה *Milhhamòth Adonai*, seù השם *Hasciem*, *Prælia Domini*, Tit. 1. ex Sam. 25. v. 82 In eo agitur philosophicè de rebus ad fidem, & ad religionem spectantibus. Dividitur in ששה חלקים sex partes. Reperitur msc. in Biblioth. Urbin. apud Vatic. Cujus

I. Pars agit *De immortalitate animæ rationalis.* Habet Capita. 14

II. pars agit *De scientia futurorum; & quomodo philosophicis principiis, & rationibus probari possit possibilem esse prophetiam, veram fore interpretationem somniorum, aliasqne divinatrices artes* Habet Capita 8. III. *De*

III. *De Dei cognitione; quomodo Deus cognoscat res omnes creatas universales, & particulares.* Habet Capita 6.

IV. *De Divina providentia; & quomodo bona distribuat, ac retribuat.* Habet Capita 7.

V. *De Cœlis; & illorum motu*, incipit a pag. 125. ubi dicitur, quòd hujusmodi Pars reperiatur in magno Volumine Astrologico ab ipso composito; & quòd subdividatur in duas Partes, quarum primam invenies ibidem: & secundam habes suo loco subdiuisam in alias tres Partes, quæ usque ad paginam 194. protrahuntur.

VI. Tractat *De creatione Mundi*, & *Utrum mundus fuerit ab æterno*: & inclinat ad sententiam Aristotelis asserentis æternitatem mundi. Hæc autem VI. Pars dividitur in alias duas Partes. Prima habet Cap. 29. & II. habet Cap. 13. Scriptus est hic liber anno mundi 5089. Christi 1329. adhuc ipso Auctore vivente. In 4. Papyr. Omnes paginæ msc. sunt 310. sub num. 28. Hujus libri argumenta explicantur in Epistola eidem libro præfixa; & in Præfatione Auctoris ad eundem librum impressum Rivæ Tridenti apud Jacobum מרקריאה *Markariam* anno mundi 320. minoris supput. Christi 1560. in fol. Vide *Scialsceleth hakkabbal* pagina 61.

9. Scripsit quædam Philosophica, Mathematica, & Logicalia. Ea sunt: *Brevis expositio super* ירשד״י *Aben Rasciad, Averroëm in Logicam*;

cam; *hoc est in X. Prædicamenta Aristotelis*, *in Periermenias*; *Analyticorum libros*, *& de Syllogismo*. Reperiuntur mmſſcc. in Biblioth. Urbinat. apud Vatic. papyr. in 4. ſub num. 35. Ejus Logica edita eſt Venetiis teſte Buxtorfio in Biblioth. Rabb.

10. Commentarii ſuper Commentarios ן' רשד *Abén Raſciad Averrois in Phyſicam Ariſtotelis*; mſc. in Vatic. ſcripti anno 81. min. ſupp. Chr. 1321.

11. *De Cælo*, *& mundo*, *& de Generatione*, *& Corruptione* mſc. In Vatic. extant. Scriptis exarati an. mun. 5204. Chriſti 1444.

12. *De Anima*. Ibid. mſc. in 4. Papyr. ſub num. 342.

12. *De Arithmetica*, *& Compendium Aſtronomicum*, in Biblioth. Vatic. mſc. papyr. in 4. Et *De uſu*, *& utilitate Aſtrologiæ*, mſc. Ibidem. papyr. in 4.

Scialſcéleth hakkabala pag. 61. addit *R. Levi Ben Gherſciòn* ſcripſiſſe ספר המצוית ופי' על הגמ־ות *Sèpher hammitzvòth*, *Librum Præceptorum*, *de præceptis Judaicis*. Et

Perùſc Haghemaròth; *Commentarios ſuper Ghemaròth*, hoc eſt *ſuper Talmud*; non tamen nominantur Codices Talmudici, ſuper quos ſcripti ſunt.

Tandem obit *R. Levi Ben Gerſom* Perpiniani anno 5130. Chriſti 1370. ut refert *Juchaſſin* pag. 133. b.

915. R. ISAAC AVRAVANEL seù *Abravanèl*, *Abarbanèl*, *Abarbenèl*, & *Abrabanièl Ben Judæ*, qui communiter à Judæis voce, & scriptis cum illustri illo prænomine, *Don*, nomini suo præposito, *Don Isaac Abravanèl* appellatur, uti & ipse, cùm viveret, nuncupari volebat, honorem & nobilitatem Hispanorum affectans, quamvis aliquando ei non denegetur prænomen רב *Rau*, quod doctioribus, & insignioribus Rabbinis attribuitur, ut videre est apud librum *Juchassin* in הגהות *Haggahòth* pag. 157. b. Hispanus itaque fuit Isaac Abravanèl, ex familia Abravanella nobilissima, adeoque Regia ex stirpe Regis Davidis oriunda, sicut ipse jactanter gloriatur, ut infrà videbimus. Et licet Hispali hæc familia primò nota fuerit, postea tamen in alias Regnorum Hispaniæ partes, & præsertim in Regno Lusitaniæ disseminatam fuisse, Hebræorum historiæ produnt, ac in Urbe Vlisipone domicilium fixisse volunt, ubi nascitur R. Isaac Abravanel anno mundi 5197. Christi 1437. qui summa diligentia à parentibus educatus crevit in virum doctum, judaica tamen vafritie, & calliditate, cum quadam animi tranquillitate, & humana prudentia in arduis negotiis consilium suum ferendo conjuncta, non caruit: ut aliquando (sicut ipse de semetipso testatur) tempore belli, ejus sit usus consilio Alphonsus hujus nominis V. Lusitanorum Rex. Defuncto Alphonso anno Christi 1581. Joannes

nes II. ejus filius Regni hæres, hujus Judæi animi malitiam atque nequitiam cognoſcens, eum à ſe repellit, graviora etiam in eum animadverſurus, niſi ab ejus innata humanitate prohiberetur. Criminum conſcius Abravanel, & a propria conſcientia accuſatus, ſolum vertere Luſitanicum conſtituit: itaque noctu aufugit, & citius quam credi poteſt, in Caſtellæ Regnum ſe contulit. In eo pecuniariam mercaturam diligenter exercet, qua media Catholicorum Regum Ferdinandi, & Eliſabethæ Aulam ingreditur, artibuſq; Judaicis ab eo callidiſſimè exercitis, multas divitias, aurique ingentem ſummam cumulat, poteſtatemque tyrannicam in pauperes exercens, uſuris omnia corrodens, Magnificos, & Illuſtriores Titulos ſolis Nobilibus, & ingenuis Hiſpaniarum familiis debitos, ſuperbe ambiens, & cum Religionis Chriſtianæ iniquiſſimus hoſtis fuiſſet, ipſe potiſſimum, inter reliquos Judæos in cauſa fuit, ut excidium ſibi, familiæque ſuæ, & toti Judæorum populo pararetur, uti poſtea ſequutum, anno Domini 1492. quo anno juſſi ſunt Regum Catholicorum Ferdinandi, & Eliſabethæ decreto, omnes Judæi ab omnibus Regnis, & terris ſibi ſubjectis perpetuo excedere, quam calamitatem expertus eſt etiam ipſe R. Iſaac Abravanel; qui cum tota familia, uxore, & liberis navem conſcendens, & mare mediterraneum traiiciens, Neapolim Italiæ Urbem celeberrimam, & po-

pulatissimam appulit. Substitit in ea Urbe Regni utriusque Siciliæ Regia Abravanel, & artibus consuetis in aulam Regis Ferdinandi penetrat; & cum veteranum aulicum, rerumque Lusitanorum, & Castellæ Regum apprime instructum sese jactaret, de facili apud Regem Neapolitanum gratiam adinuenire potuit. Cætera quæ anno mundi 253. min. supput. Christi 1493. anno primo post Hispanicum exilium in aula Regis Neapolitani Abravaneli occurrerunt, videnda sunt in principio suorum Commentariorum in libros Regum. Dumque summa pace, & quiete animi fruitur Neapoli R. Isaac Abravanel, auditur, Regem Gallorum Carolum VIII. expeditionem parare pro Regni Neapolitani receptione, cujus exercitum iniuriose, & derisorie זבוב מלך צרפת *Muscam Regis Galliæ* nuncupat, Præfat. in lib. Deuteron. circa initium: Sed antequam in Regnum perveniret Gallus, Rex Ferdinandus ad superos evolavit. In ejus loco regnat Alphonsus II. anno Domini 1494. Interim Carolus Gallorum Rex numeroso cum exercitu ingreditur in Regnum, occupatisque primis munitionibus, gladio vix evaginato, nemine prorsus resistente, toto fere Neapolitano Regno potitur. Consternatus Rex Alphonsus, in Siciliam aufugit, quem cum familia sua sequitur Abravanel, atque Messanæ usque ad mortem Alphonsi Regis moratur. Itaque, Alphonso defuncto, hoc est anno 1495. Abravane

Si-

Sicilia excedit, Corcyram insulam navigat eodem anno; at non diu substitit, sed insequenti anno 1496. revertitur in Regnum, atque Monopoli Apuliæ Urbe martima domicilium figit. Septem circiter annis Monopoli habitat, qua relicta, Venetias adiit, ubi anno mundi 5268. Christi 1508. humanos artus reliquit, cùm vixisset annos 71. Ejus cadaver Patavium translatum in veteri Hebræorum cœmeterio extra portam זנב ארוך *Zanau aruch*, *Caudam longam*, sepultum est. Hæc habentur in 1. Præfatione libri sui מעיני הישועה *Maaienè haiescvàh*, in Præfatione ad librum Deuteronomii, & aliis in locis.

Fuit vir perspicui, sed pessimi ingenii; in labore studiorum infatigabilis, jejunii patientissimus, vigiliis assuetus, ita ut insomnes noctes studii gratia traheret. Scripturarum verò sacrarum diligens, sed plerumque mendax, explanator, & ita facilis in scribendo, ut intra paucos dies nonnullos Sacræ Scripturæ libros explicarit, & ediderit, ut infrà dicetur. Fuit & infensissimus Christianorum, in scriptis apertus inimicus, ut mirum sit, eo tempore, quo calamo maledicta in Christianos scripta exarabat, eodem quoque (ut ita dicam) momento, Principibus Christianis adulatum fuisse. Christianorum consortia non evitabat, sed fovebat, mansuetudine, familiaritate, animi alacritate, & dicteriis ita jucunde prolatis, ut eum alterum Christianum credidisses: intus tamen versipellis venenum fovebat, quod

atramenti commixtum liquore, contra Christianam religionem evomuit in chartas. Illius blasphemias in Christum Domini, in ejus Ecclesiam, in Summum Pontificem, Cardinales, Episcopos, totumque Clerum, & Christianos omnes, præsertim Romanos, per omnes fere Commentarios S. Script. sparsim disseminavit. Præcipue vero in Commentariis super Prophetas posteriores, quos ira fœdavit, ut vix pagina sit, quæ ab hac pestifera lue immunis inveniatur. Ideoque hæc illius scripta, nullatenus Judæis permittenda esse censerem. Quamplurima Opera scripsit post exilium Hispanicum, nonnulla ante exilium, vel ex integro composuit, vel cæpta in juventute, postea perfecit, & ornavit. Illorum catalogum ipse contexuit, quem Auctor *Scialsceleth hakkabbala* in suo libro refert pag. 64. b. & ego hoc loco ex eodem exscribam. Itaque scripsit.

I. פירוש על התורה *Perùsc al hattorà Commentarios in Legem.* Sunt absolutissimi Commentarii in entateuchum Mosis. In his, hic Auctor plerumque literam explicat. Neque omnino Scholasticam methodum abhorret. Initio enim proponit diversas quæstiones Historiam sacram, & literam tangentes, ut plurimum ex Christianorum Auctoribus compilatas, deinde singulas examinat, postea sententiam suam profert; denique ad objecta respondet. Excusus Venetiis charactere Rabbinico, ac minuto anno mun.

חשלט

השל״ט 5339. Chr. 1579. cura R. Samuelis Archivolti Auctoris Grammaticæ ערוגת הבשם apud Joannem Aloysium Bragadini filium in fol. Impressore R Jacobo פארינצו *Parentio*, qui & ei Epistolam præfixit. Et ibidem iterum excus. an. 5364. Christi 1604.

Completi fuerunt hujusmodi Commentarii ab Abravanele Monopoli in Apulia, quo ob metum Gallorum militum secesserat. Absoluti igitur fuerunt die 2. mensis שבט *Scevat Januarii*, anno ר״נו 256. Christi 1496. quatuor annis post exilium Hispanicum, ut notatur in fine libri Deuteronomii editionis Venetæ supra notatæ primo loco.

Advertendum est, quod ab eo tempore quo Vlissipone fuit Abravanel, explanare cæperit librum Deuteronomii, in Synagoga ad populum sermocinando, cùm esset annorum 20. ut legitur initio Prœmii Commentariorum in Deuteronomium. Hæc scripta secum detulerat, sed inter sarcinas adeo dispersa, ut omnino amissa existimarentur, nec amplius de illis erat memoria, quando inopinato ad manus venerunt Isaaci. Unde vehementer gavisus, ac si pretiosissimam gemmam adinvenisset, reliquis suis studiis depositis, ad hoc perficiendum opus viribus totis laborat, reassumpto studio, an. 255. Chr. 1495. illudque tandem perfecit Monopoli in Apulia anno insequenti 256. Christi 1496. ut statim supra notavi, illudque seorsim editum vocavit,

מרכבת המשנה *Marchéueth hammiſcnè*, *Currus ſecundarius*, Tit. ex Geneſ. 41. 43. quod poſtea fuit adiunctum Commentariis reliquis ſuper quatuor primos libros Pentateuchi. Reperitur tamen ſeorſim excuſ. cum prænotato titulo Sabionetæ, ſub Principatu Veſpaſiani Gonzagæ, apud Tobiam Phoam anno 5301. Chr. 1541. cum Indice copioſo locorum Sacræ Scripturæ, & materiarum ex Talmude, & Auctoribus deſumtarum in fine libri, in fol. Commentarios vero priorum quatuor librorum Pentateuchi, quando, & ubi compoſuerit, plane ignoratur. Non tamen credendum, quod plerique affirmarunt; hujuſmodi Commentarios in Pentateuchum ab Iſaaco Arama fuiſſe compoſitos, & ob illius paupertatem Iſaaco Abravaneli poſtea divenditos, & ſub illius nomine ſubinde devulgatos; ſtyli enim utriuſque Auctoris diverſitas contrarium arguit, & clarè oſtendit, utroſque habere proprium Auctorem; & non eundem.

2. In Caſtellæ Regno dum eſſet profugus, cæpit ſcribere Commentarios in Prophetas anteriores. Sic in Joſue a die 10. menſis חשון *Chaſcuan Octobris* uſque ad 26. ejuſdem, id eſt 16. dierum ſpatio abſolvit. Ex Præfatione prima in Danielem.

Commentarios in librum judicum à prima die menſis כסלו *Chiſleu Novembris* uſque ad 25. ejuſdem complevit. Ex eadem.

Com-

Commentarios in libros Samuelis incæpit 1. die mensis טבת *Teueth Decembris*, & absolvit 13. mensis אדר *Adar Februarii*, ipso die jejunii Ester. Omnia intra quatuor mensium spatium ejusdem anni 244. Ch. 1484. Sed dum cogitabat Commentarios in libros Regum componere, evocatur in Aulam Regis Ferdinandi Catholici, eique famulatum præstitit annis octo, videlicet usque ad annum 252. Christi 1492. exilii Judæorum: quo trium mensium intervallo ex Regnis Hispaniæ plusquam trecenta Judæorum millia egressa sunt.

3. Commentarios in libros Regum scripsit Neapoli anno post exilium Hispanicum videlicet anno 253. Christi 1493. Vide Præfationem in hos libros. Absolutis omnibus istis Commentariis in Prophetas priores, statim omnes simul fuerunt excusi eodem scilicet anno 253. 1493. sumpto symbolo ex Exod. 22: 24. quoniam גרים *Gherim, Peregrini*, fuistis. In fol. apud hæredes Soncinates, qui Soncini in Lombardia, Bononiæ, Arimini, Pisauri, & alibi Chalcographicam artem exercebant apud Judæos.

4. Commentarios in Prophetas Posteriores cœpit scribere in Corcyra Insula anno mundi 255. Christi 1495. tribus annis post exilium Hispanicum. Sed ut perficeret Commentarios in Deuteronomium, illos dimisit, ut suprà retuli. Perfecit tamen postea Monopoli in Apulia

exilii aſylo. In Iſaiam quidem anno יר חם 258 Chriſti 1498. ut ipſe dicit in fine horum Commentariorum. De quibus vide uberius ſtatim ſequenti numero quinto.

5. פי' על נביאים אחרונים *Peruſc al Neviim acharonim*, *Commentarios in Prophetas poſteriores*, nempè in Iſaiam, Jeremiam, Ezechielem, & in תרי עשר *There aſſar, in duodecim Prophetas minores*. Jam numero ſuperiori dixi: hujuſmodi Commentarios ſcribere cæpiſſe Abrauanelem in Corcyra Inſula; eos tamen non in eodem loco perfeciſſe. In Iſaiam Monopoli, ut dictum eſt. In Ieremiam Venetiis anno רחסד 264. Chriſti 1504. ut ipſe ſcribit in fine iſtorum Commentariorum. In Ezechielem, & in duodecim Prophetas minores, Venetiis pariter ſcripſit. Iſti omnes Commentarii ſimul collecti, excuſi fuerunt במדינת איטליאה *in Provincia Italia* apud Soncinates Typographos anno ר'פ 280. Chriſti, 1520. in fol. charactere grandiori, cum Textu ſacro punctis vocalibus veſtito. Poſtea in alia editione locupletiores apparuerunt, duplici Indici ad calcem libri appoſito, 1. Locorum Sacræ Scripturæ. 2. Materiarum, Hiſtoriarum, ac etiam cæterorum מאמרים *Maamarim Dogmatum*, quæ ex utroque Talmude Babylonico, & Jeroſolymitano excerpta ſunt; ac etiam ex מדרשי רבות *Midraſce rabboth*, *Commentariis magnis* מדרש אגדה *Midraſc agadah*, *Commentario eloquii myſtici*; ex aliis, dictis ילמדנו *Jelamedénu*, פסיקתא

Pe-

Pesikta, ספרי *Siphre*, תנחומה *Tanchuma*, מכילתא *Mechilta*, פרקי ר׳ אליעזר *Pirke R. Eliezer*, סדר עולם *Seder Olam*, ביאורים *Biurim*, סופרים *Sopherim*; & in principio libri extant carmina in laudem libri, & Auctoris composita a R. Juda ejus filio, quorum initiales literæ octodecim primorum versuum, simul junctæ exprimunt nomen Judæ filii Isaaci Abrauanel יהודה בן יצחק אברבנאל Hujusmodi editio videtur esse Amstelodamensis licet nomen loci non sit appositum, quod cognoscitur ex characterum elegantia, tam Sacri Textus literis quadratis, & punctis vocalibus ornati, quàm Rabbinicorum Commentariorum, qui supra, infra, & ad latera Prophetici textus, optime impressi cernuntur. Excusi anno אתת 402. Christi 1641. In fol. In his etiam pluribus in locis canino dente Christianam Religionem mordet, & lacerat, ideoque merito illorum lectio & retentio Judæis interdicta est, nec eos apud se retinere audent, publicè saltem, & palam propter metum Christianorum. Quia vero in Prophetiam Isaiæ à versu 13. cap. 52. usque ad Cap. 54 contra verum illius sensum de passione, & morte Christi ab Ecclesia intellectum blateravit, occurit ei Constantinus l'Empereur, & silere coëgit, evulgato librò Leidæ, sivè Lugduni Batavorum anno Domini 1631. In 8. Scripsit.

6. מעיני הישועה *Maaiene haijesciuah*, *Fontes salutis*, Tit. ex Isa. 12. 3. Est commentarius in

Danielis prophetiam. In eo tractat acerbe contra religionem Christianam, & ullis insectationibus, atque conviciis non parcit, ut si rationibus, & juribus vincere non possit, saltem injuriis, ac probris victor videatur apud indoctos, & rudes. Dividitur in 12. fontes, & 70. palmas. In principio libri extat Præfatio cujusdam. R. Barùch, ut colligitur ex literis initialibus quatuor versuum, qui in præfatione cernuntur, & in qua tota fermè vita hujus Auctoris describitur. & illius Scripta juxta annorum seriem enumerantur. Ex qua Abrauanelis gestorum notitiam potissimúm habui, & hoc loco bonam illorum partem recensui. Excusum fuit anno איש 311. Christi 1551. loco non notato, in 4. Buxtorfius notat, excusum fuisse Constantinopoli. Ex qualitate characterum, chartæ, & ornamenti frontispicii, putarem fœtum fuisse Typographiæ hæredum Soncinatuum. Plantavitius dicit excusum fuisse Ferrariæ anno Domini 1550. Iterum fuit editus Amstelodami, anno 404. Christi 1644. apud Immanuelem Benbeniste in 4. Et novissimè ibidem anno 5407. Christi 1647. apud David Bar Abrahami de Castro. Hunc recapitulavit, & Latinè reddidit Antonius Hulsius in Appendice sui libri de Messia, & Hebraicè, atque Latinè evulgavit typis Abrahami Subbingii Bredæ anno Dom. 1653. in 4.

Cæterùm hic liber compositus fuit Monopoli

poli, in Apulia, ipſo Auctore ita affirmante, in fine hujus libri his verbis:
והיתה ההחלתו והשלמתו בעיר מונופלי ממחוז הפולייא אשר במלכות נפולי וכו׳ : *Cæptum, & completum fuit* (Opus hujus libri) *in Urbe Monopoli maritima Apultæ Regni Neapolitani, &c.* והיה זה ביום הראשון לחדש טבת נזיר אלהיו על ראשו מהאלף הששי : *factumque id fuit die 1. menſis Tevèt* Decembris, anno נזר 257. minoris ſupputationis, Chriſti 1497.

7. משמיע ישועה *Maſcmiàh Jeſcuvah, Prædicator ſalutis*, Tit. ex Iſai. 52: v. 7. Complectitur aliquot prophetias deſumptas ex Iſaia, Jeremia, Ezechiele, Oſea, Joele, Amos, Abdia, Michea; Abacuc. Sophonia, Aggeo, Zacharia, Malachia, & ex libro Pſalmorum, quibus intendit probare eas non eſſe intelligendas, de adventu Meſſiæ tempore ſecudæ Domus, prout nos intelligimus, & explicamus. Unde acerrimè diſputat contra Chriſtianam religionem. Quare meo judicio hujus libri lectio, ſicut & ſuperioris, nullo modo eſſet Judæis permittenda. Et hunc librum pariter compoſuit Monopoli iu Apulia anno inſequenti יר״ח 258. Chriſti 1498. & menſe Adar ſecundo anni emboliſmici illum abſolvit. Excuſus poſtea fuit anno 286. Chr. 1526. apud R. Judam de domo Ghedaliàh, loco non notato in fol. Et Amſtelodami apud Immanuelem בנבנשתי Benbenaſti anno ק״ש 404. Chri. 1644. in 4. Et in fine

ne adjuncta est Tabula omnium prophetiarum, quæ in hoc libro explicantur. Eodem anno 5258. Chr 1498. in eadem Urbe Monopoli complevit Commentarios in Isaiam Prophetam, de quibus infra.

8. ישועת משיחו *Jesciuvóth Mescichó, Salutes Christi sui*, Tit. ex Psal. 28.8. Explicat omnes sermones mysticos, & dicta antiquorum Rabbinorum, quæ de Messia in Talmude reperiuntur. Ubi, & quo tempore iste liber fuerit scriptus, non habeo; hoc tamen scio, quòd משמיע ישועה *Mascmia Jescuvàh*, מעיני ישועה *Maajanè Jescuvàh*, & ישועות משיחו *Jescuvòth Mescichò*, sub uno communi nomine מגדול ישועות *Migdól Jescuvóth, Turris salutis*, Tit. ex 2. Sam. 22:51. nuncupavit, ut ipse in suo Catalogo dicit. *Scial scèleth hakkabbalà* pag. 44. b.

9. עטרת זקנים *Atèreth zekenìm*, *Corona senum*, Tit. Ex Proverb. 17:6. In hoc libro explicatur locus Deuteronomii, qui ad intelligentiam capitis 23:20. & seqq. Exodi spectat; Sicut & ille Malach. 3:1. *Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit, &c.* Et reliqua comprehensa in 25. capitibus, quibus hujusmodi liber constituitur compositus à nostro Auctore, cùm adhuc juvenis esset, ut ipsemet dicit in libro ראש אמנה *Rosc. Amanà* cap. 5. dubio 5. Cæterùm hic liber *Atèreth zekenìm* excusus fuit Sabionetæ sub Principe Vespasiano Gonzaga anno שי"ז 317. Chr. 1557. apud Tobiam Ben Eliezaris פואה Poàh in 4. Scripsit. 10.

10. ראש אמנה *Rosc amanà, Caput fidei*: Tit. ex Cant. Cantic. 1: 8. In quo explicantur radices, & principia religionis Judaicæ. Dividitur in 14. Capita, in quibus præcipuè impugnatur opinio R. Mosis Ægyptii de 13 articulis fidei, quos ipse constituerat. Contra quem videtur hunc librum principaliter fuisse compositum. Unde corrigendus est Plantavitius, & alii, qui eum sequuntur, qui in sua Biblioth. Rabbin. num. 632. dicit: hunc librum præcipuè tractare de Sacrificio Paschali, & de hæreditate Patriarcharum. Excus. Constantinopoli unà cum mox suprà notatis, libris זבח פסח ונחלת אבות anno הר'סו 5269. Christi 1506. in 4. per manus R. David, & R. Samuelis נחמיאש Nacgmíasc, librorum Impressorum, imperante Sultano ביזיט Bajazete, duobus annis ante mortem Auctoris. Quo autem tempore, hic liber compositus fuit ab Abravanele, aliquid certi statuere non valemus; habemus tamen ex eodem, compositum fuisse in ejus senecta, cap. 5. dub. 5. quo ostendit in sua juventute scripsisse librum עטרת זקנים *Atterèt zekením*, ergo hunc in senectute scripsit, & fortè non longè ante ejus obitum; quia ipsius libri non ante ejus mortem excusi fuerunt, nisi tantùm Prophetæ priores, qui anno ר'נ'ג 253. Christi 1493 1. annis, antequam ad infima terræ descenderet, excusi sunt. Item Venetiis in Rialto apud Marcum Antonium Justinianum anno ש'ה' 305. Chr. 1515. in 4.

Hunc

Hunc in Latinum sermonem transtulit Guilielmus Vorstius C. F. & ad cap. 13. & 14. eruditas notas adjecit. Excus. Amstelodami apud Gvilielmum, & Joannem Blaeu, 1638. in 4.

11. Anno mundi 256. min. supput. Chr. 1496. Vespera Paschatis Monopoli scripsit librum.

זבח פסח *Zèvach Pèsach*, *Sacrificium Paschatis*, Est luculenta explanatio rituum inchoandi hujusmodi Festum, qui continentur in mystica narratione, historiæ exitus filiorum Israël ex Ægypto, quam הגדה של פסח *Hagadáh scèl Pèsach*, *Narrationem mysticam Paschatis* appellant, cui præfixit doctam, sed prolixam Præfationem, in qua consilium scribendi hunc librum exponit, & illius materiam in centum שערים *Sciaarim*, *Mensuras* seú modios destribuit, quos nonnulli minùs peritè vertunt, *Portas*. Auctor autem alludit ad illud Genes. cap. 36. ver. 12. ויזרע יצחק בארץ חיא וימצא בשנה היא מאה שערים *Et sevit Isaac in terra illa, & invenit in anno ipso centum mensuras*.

In principio hujus Præfationis partem vitæ suæ describit, ex qua nonnulla, quæ suprà narravi, excerpsi. Ibi hic Auctor, cujus naturæ fuerit manifestè ostendit, ingratum, maledicum, & cynicum hominem; nam maledica lingua, & canino dente mordet hospitales suos Regnicolas, à quibus tam benignè, & charitativè susce-

sceptus fuerat, eisque pro mercede rependit, inclamando: eos esse אנשי סדום *Ansce Sedòm*; mercede utique Rabbino digna. Excusus primò fuit hic liber Constantinopoli anno mun. 5266. Chr. 1506. & in calce libri legitur, eum fuisse compositum Monopoli in Apulia anno 256. min. supput. Chr. 1496. uti suprà notavi. Et in principio libri extant nonnulli versus in laudem libri, & Auctoris compositi à R. Juda ejus filio, vulgò nuncupato *Messer Leone*. Secundò impressus Venetiis in domo Marci Antonii Justiniani anno ש״ה 305. minor. supp. Chr. 1545. in 4. cum textu, characteribus quadratis, & elegantibus, & Commentariis Rabbinicis literis, non minori elegantia efformatis. Tertiò Cremonæ anno 337 Christi 1557. apud Vincentium Conti, regnante Philippo II. Hispaniarum Rege Catholico, charactere Rabbinico, cum textu literis quadratis, & punctis vocalibus ornato, in 4. & Rivæ Tridenti, sub ditione Christophori Madrutii Tridentini Episcopi anno ש״כא 321. Chr. 1561. in fol. opera & studio R. Jacobi Markariæ, de quo supra num. 876. pag. 860. Hic liber ponitur undecimo loco in Catalogo suorum operum, ut in fine apparebit. Scripsit.

12. נחלה אבות *Nachaláth Avòth, Hæreditas patrum*, Tit. ex 1. Regum 21. 3. Sunt Commentarii in פרקי אבות *Pirkè Avòth Capitula Patrum*. De quibus vide, quæ diximus suprà Par. 1. nume-

mero 22. pagina 8. Eos scribere cæpit Monopoli anno 256. Chr. 1496. & absolvit undecima die תמוז *Tamus Junii* ejusdem anni. Hos composuit in gratiam Samuelis filii sui minoris: nam Isaac Abravanel tres filios ex una uxore suscepit, Judam, josephum, & Samuelem. Et quamvis, propè neminem virorum virtutibus insignium, optimum, & utilem filium reliquisse, antiquorum facta percurrendo satis cognoscimus: attamen, Isaacum hunc naturæ defectum, saltem ex parte emendasse visum est. Quippe qui Judas primogenitus, doctus Philosophus, peritus Medicus, & elegans Poëta est habitus. Joseph secundo genitus quamvis inter doctos connumerari nequeat, nihilominus inter indoctos reiiciendus non est; hac tamen laude dignus, quòd patrem etiam in maioribus, & periculosioribus necessitatibus nunquam reliquerit; quocirca eum longam vitam duxisse, & post patris excessum diù vixisse dicendum est. Judas verò post adventum Gallorum in Regnum Neapolitanum, relicto patre, jannam abiijt, in ea Civitate facturus Medicinam. Samuel ultimus natu, doctus etiam evasit, & doctior reliquis fratribus, & patre ipso fuit, cùm Christianam Religionem Ferrariæ suscepisset, & de nomine Ducis illius Urbis Alphonsus est appellatus. Istius memoria extat in supplici libello Eminentiss. Cardinali Sirleto Neophytorum Protectori, ab eodem porrecto tempore Julii III. Summi Ponti-

tificis, & asservato msc. in Biblioth. Vaticana sub n.641. pagina 191. in cujus filii gratiam (ut dixi) Isaac, hunc librum נחלת אבות edidit, & eidem dicavit, ut apparet ex Præfatione ad hunc librum, quæ Judaicarum antiquitatum plena est, cúm sit veluti Catena Cabalæ Legis oralis, quam Mosen à Deo recepisse putant; Seniores à Mose; reliquos sic percurrendo usque ad R. Judam Hannasí; quæ quidem aliquantulum variat ab ea quam exhibet R. Moses Ægyptius in libro ה"ר *Haiiad*, & R. Moses Kotzensis in libro סמ"ג *Samag*. Non solum hæc Præfatio hisce eruditionibus referta est, sed etiam totus Commentarius, qui licèt satis prolixus sit, attamen commendatur. Cúm enim in hisce Capitulis Patrum antiquorum Synagogæ Magistrorum fiat commemoratio; Abravanel illorum nomina, res gestas, atque animi dotes, ritè diligenterque describendo, mirificè illustrat, ita ut dignus existimetur à viris doctis, & rerum vetustarum curiosis legi. Ligata oratione laudatur à *Rabbi Juda* ejus filio, cujus elegantes versus habentur in principio libri impressi Venetiis anno ש"ה 305. Chr 1545. apud Magistrum domus Domini Marci Antonii Justiniani, unà cum Commentario R. Mosis Bar Maimonis, & textu, quadratis characteribus in medio utriusque Commentarii, in 4. Iterum ibidem fuit excusus anno שכ"ז 327. Chr. 1567. apud Victorem Elianum Eliæ Germani Grammatici nepotem

potem, in ædibus Georgii de Caballis in folio, cùm antea excusus fuisset Constantinopoli unà cum ראש אמנה *Rosc amanà* de quo suprà, & זבח פסח *Zeuach Pèsach*; de quo item suprà num. 11. operum hujus Auctoris, anno ה'ר'סו' 5266. Christi 1506. per manus David, & R. Samuelis cognomento נחמיאש *Nachmias* veterum maiorum Julii Morosini, qui & ipse ante conversionem vocabatur Samuel filius Davidis, filii Isaac, filii Samuelis, filii Davidis Nachmias, Imperatore Sultano ביזיט *Baiazete*, duobus annis ante mortem Auctoris in folio. Hinc corrigendus est Gujdo Fabritius Boderianus in suo Dictionario Syro Chaldaico, & ii qui eum sequuntur, ubi hunc librum נחלת אבות *Nachalat avòth* existimat esse diliucidationem Capitis *Ben Zuma*, quod quartum est hujus Codicis. Corrigendi sunt etiam ii, qui hunc eundem librum putant esse diversum à Commentario in *Pirkè avòth*. Scripsit.

13. ס' שמים חדשים *Sèpher sciamaim chadascim*, *Liber Cælorum novorum.* De qua autem re in eo agatur, indicat ipse Auctor in Catalogo suorum operum, quem nobis exhibet Auctor *Scialscèleth hakkabbala* pag. 64. b. & ego infrà illum exscribam. Ibi enim de argumento hujus libri sic habet והוא להכריח דעת חדוש העולם באור פ'ט' י"ט ח"ב מהמורה: *Et ipse* (scriptus est) *ad cogendam notitiam innovationis mundi* (id est de mundi creatione) *cum elucidatione* Capitis 19. *Partis II.*

II. המורה *More Mosis Ægyptii.* Buxtorf. notat hunc titulum, & argumentum, sed non assignat Auctorem. Quod idem facit Plantavitius.

14. מפעלות אלהים *Mipaolòth Elohím, Opera Dei* Tit. ex Psal. 66. Tractat de Dei operibus ad extra; de mundo; Angelis; Lege Mosaica &c. Disputat contra Philosophos Peripateticos antiquos de mundi creatione, eorumque argumenta pro mundi perpetuitate refutat. Dividitur in X. מאמרות *Maamaròth, Tractatus.* In iis etiam defenditur Moses Ægyptius contra argumenta Auctoris libri עקרים *Ikarim*, quibus impugnatur Opus מורה *More* ejusdem Ægyptii. Quamvis eundem Ægyptium in quibusdam etiam ipse impugnet, ut in sequentibus dicam. Excus. Venet. apud Joan. de Cara anno mun. 352. Christi 1592. In 4. Scripsit.

15. צדק עולמים *Tzedek Olamim*, *Justitia seculorum.* Sunt tres מאמרים *Maamarìm, Tractatus*: In primo agitur, de præmio, & pœna debitis pro bonis, vel malis operibus: In secundo de mundo animarum: In tertio de resurrectione mortuorum, & de Judicio finali. Ubinam hujusmodi tractatus scribere incæperit, ignoratur; imperfectum reliquit, completurus postea, cùm maioris otii occasionem nactus fuisset, cujus mentionem facit Cap. 4. sui libri נחלת אבות quem periisse dubitat Pocockius in notis miscellaneis ad Portam Mosis, Capite 6. pag. 89. Scripsit.

16. להקת נביאים *Lahakath Neviìm, Congregatio Prophetarum* Tit. ex 1. Sam. 19. 20. Tractat de Prophetia Mosis, de qua tractaverat in libro.

17. מחזה שדי *Machaze Sciadai, Visionis omnipotentis*, qui perit, & ejus loco composuit hunc librum להקת נביאים in quo non rarò disputat contra Mosen Ægyptium, ejusque aliquot sententias in suo libro מורה *More* recensitas refellit. Scripsit

18. ס' ימות העולם *Sèpher iemòth haolam, Liberum dierum seculi*. Est Chronologia, qua persecutiones sui populi promittit recensere מיום שנולד אדם הראשון עד היום הזה *a die quo natus est Adam homo primus, usque ad diem hanc*. Ita dicit, in *Maaianè haiescivah*, Fonte 2. Palma 3. pag. 21. b. circa fin. Hanc etiam periisse, vel eum non perfecisse putamus.

19. Dissertatio contra Ægyptium in מורה *Morè, Directore*, de Visione Quadrigæ Ezechielis, cujus meminit in libro *Maaianè haiescivàh* Fonte 2. Palma 2. in ipso principio, præter id, quod de ea explicat apud Ezechieliem: nihil hodie seorsim invenitur, quod sciam.

20. קצור על פרקי אבות ועל הגדה של פסח: *Kitzùr al Pirkè avòth, veal haggdàh scel Pèsach, Epitome Comment. super Capita Patrum; & super mysticum sermonem Paschatis*, non est Abravanelis, sed *R. Jacobi Bar Eliachim* היילפרון *Haijelpròn*, de quo supra numero 833. pagina 837. Denique-

21. והוא משיב אל י"ב שאלות מענייני פלוספיא אשר שאלהו ר' שאול הכהן אשכנזי וכו': *Ipse respondit ad 12. interrogationes philosophicas, sibi propositas à R. Saule Sacerdote Germano*; quæ manuscripta dicuntur reperiri in Bibl. Lugduno-Bat. inter libros warnerianos, & impressa vidit in libello Auctor *Scialscèleth hakkabbalà*, ut ibidem refert pagina 64. b. In quo Libello dicit se recensere omnia Opera ipsius Abravanelis, non ab aliqua tertia persona mutuata; sed ab ipsomet Auctore Isaaco Abravanele recensita, qui hoc modo ibidem loquitur אלו הם החבורים אשר חברתי עד הנה פי' התורה וכו' *Ista sunt Opera hactenus à me composita.*

1 *Comment. in Legem &c.*

2. *Comment. in Josuæ, Judicum lib. & Samuelis.*

3. *Comment. in libros Regum.*

4. *Comment. in Isaiam, & Jeremiam.*

5. *Comment. in Ezechielem, & 12. Prophetas minores.*

6. *Comment. in Danielem quorum nomen est Maajane Jescivah, Fontes salutis.*

7. *Comment. in Zachariam, & in omnes Prophetias, quæ intelligi non possunt de tempore Domus secundæ, neque spirtualiter; sed tantum de futura redemptione, & isti vocantur, Mascmia Jescivah, Prædicans salutem.*

8. *Librum Jescivòth Mescichò, Salutes Christi sui &c.* Sunt Commentarii omnium dictorum,

 seu

ſeu dogmatum Ghemaræ, & antiquarum expoſitionum, quæ de Meſſia dicta ſunt. Et iſti tres ultimi libri ſimul collecti vocantur מגדול ישועות *Migdòl Jeſcivòth*, *Turris ſalutum*.

9 *Librum Atéreth Zekanim*; explicatur locus ſectionis *Miſpat'm* Exod. 23 : 20. *Ecce ego mitto Angelum meum*.

10. *Roſc.amana*, *Caput fidei*.

11. *Zébach Peſach*, *Sacrificium Paſchatis*.

12. *Nachalath*, *Avoth*, *Hereditas Patrum*.

13. *Librum Sciamaim Chadaſcim*, *Cæli novi &c.*

14. *Mippalóth Elohim*, *Opera Dei &c.*

15. *Sepher Tzedek haholamim*, *liber Juſtitiæ ſeculorum &c.*

16. *Likhath neviim*, *Congregatio Prophetarum*

17. *Sepher Machaze Sciaddai*, *liber viſionis Omnipotentis*. Periit.

Et hæc ſunt Opera R. Iſaaci Abravanelis, quorum ferè omnia extra patriam fuerunt ab eo ſcripta; Nam in patria in acquiſitione facultatum totus intentus erat, & de ſtudio literarum parum aut nihil curabat; factus autem vagus, & profugus à patria, & omnibus facultatibus exſpoliatus, cæpit inde ad ſtudia animum applicare, & ea, quæ indicavimus, ſecundum ordinem à ſe deſcriptum, & nobis traditum Opera ſcripſit. Ex quibus nonnulla Opuſcula ſelecta fuerunt à Viris doctis, & in utraque lingua peritis, ac in linguam Latinam poſtea verſa. Inter

ter reliqua primum locum occupat Buxtorfi F. à quo Latinitate donata fuerunt hæc, quæ sequuntur Opuscula, recensita in libro Cozri, & eidem annexa.

1 *Dissertatio de eo: Quod & qua de causa apud* Prophetas *per Edom, Romani, & Christiani intelligantur?* desumpta ex Comment. in Isaiam 34.

2. *Dissertatio de lepra vestimentorum.* Ad Levit 13.47.

3. *Dissertatio de lepra ædium.* Ad Levit. 14. 33. & seqq.

4. *De* Poësi *veteri Hebraica.* Ex eodem 15.

5. *De principio anni, & consecratione, seu determinatione Novilunii; utrum ea facienda sit juxta* Phasin, *an juxta Calculum Astronomicum?*

Spizelius *in specimine Bibliothecæ universalis*, testatur se vidisse alia Opuscula ejusdem Abravanelis ab eodem Buxtorf. F. Latine reddita, & nondum edita; ea sunt.

1. Pr*æfatio in Deuteronomium.* Pr*æfatio in lib. Josue*; Pr*æfatio in lib. Judicum. In lib. Samuelis. In libros Regum.* Pr*æfatio in* Pr*ophetiam Isaiæ, & Jeremiæ.*

2. *Dissertatio de libro Legis, quem Chizkias, seu Sacerdos invenit.* 2. Reg. 7. 22. 8.

3. *Dissertatio de nube operiente Tentorium conventus, & gloria Domini implente Tabernaculum.* Ad Exod. 40. 34. *De nomine Mosis.* Ad Exod. 111. 10.

4. *Dissertatio de sacrificiis. De morte, & sepultura Mosis*; Ad Deuter. 34.

5. *Utrum Elias mortuus sit nec ne? & in quo loco sit?* ad 2. Reg. 1. *de Enocho*; ad Gen. 5. 11. 13, 14: *De* μετεμψυχώσει Pythagorica. *De peccato Davidis numerantis populum, & infausto successu*; *ad* 1. Sam 14. *De statione Solis miraculose facta per Josue*, Ad Jos. 10 *De unctione Regum, & Sacerdotum. De statu, & Jure Regio. De peccato Mosis, & Aaronis, propter quod non ingressi sunt Terram Chanan. De voto Jephte*; Ad Judic. 11. *pro sententia negativa*; & *ex R.* Aarone *Ben Chaiim pro affirmativa. De Idololatriæ variis speciebus. De Samuele a* Pythonissa *ex mortuis revocato. De longævitate primorum* P*atrum.*

Denique totum Abravanelis C*ommentar.* in *Danielem* latinè vertit idem. Buxtorf. & msc. eidem Spizelio suppeditavit. Ex eodem.

Idem Buxtorf. F. ejusdem R. Isaaci Abravanelis *Diatribam*, seú *Disserationem de* כרת *Cereth*, sivè *excidii* pœna, cujus frequens in Lege fit mentio, excerptam ex Commentario ejus in Legem, ac Numerorum Cap. 15. vers. 30, Latinam fecit, eamque dissertationi de sponsalibus, & divortiis adjecit pag. 169. Excus. Basileæ 1651. In 4.

Sebaldus Schnellius vertit in Latinum partem Commentar. Abravanel. in Cap. 34. Isai, quorum meminit Jo. Hoornbeek lib. pro convin-

vincendis Judæis, pag 15. qui contra eundem Abravanellum, disputationem scripsit in Abdiam Prophetam, ut idem Hoornbeek scribit lib. cit. pag. 191.

Postremó ejusdem Abravanelis Comment. in Aggæum Prophetam, Joannes Adamus Scherzerus in Acad. Lips. Profess. Latinitate donavit, & *Trifolio suo Orientali* inseruit, Lipsiæ in 4. edito, anno 1663.

Cæterùm ad Abravanelorum familiam quod attinet, eam stirpis Jesse, ac Davidis Regis sobolem esse, autumat ipse Isaac Abravanel, qui in Præfatione ad Isaiam ait: מזרע קדש משפחת בית דוד וכו' *De semine sancto, de familia domus David &c.*, & alibi enucleatiùs inquit, *Isaac filius Don Judæ; filii Samuelis, filii Judæ, filii Joseph, filii Judæ de filiis Abravanelis; qui omnes fuerunt viri Principes filii filiorum Israëlis, de radice Jesse Bethlemitæ, de familia domus David, Dux, & Præceptor populorum &c.* Oriunda hæc familia est ex Hispali, ut tradit Auctor שבט יהודה *Scévet Judæ* clade 7. ac proinde firmatur, eam Regiam esse. Nam, ut ibidem habetur, *Rex quidam nomine Pyrrhus Hispanus captivos Hebræos tempore Nabuchadonosoris, cui suppetias tulerat, transtulit in Hispaniam, in illam nimirùm partem, quæ Andaluzia dicitur, & in Urbem Toletum advexit. Illam verò Hebræorum portionem, quæ intra tertium Jerosolymitanum murum habitabat, & Regia stirpis erat Hispalim adduxit, inde postea illorum*

lorum nonnulli Granatam petierunt: Hactenus *Scévet Judæ.* Ex quo loco videtur posse concludi: Omnes Judæos Hispalenses ex Regio Judæorum semine esse procreatos, quod libenter Hispalenses Judæi admitterent. Nullum autem Judæum Auctorem invenio, qui asserat, hanc Abravanelicam familiam, ex Regio stemmate exortam præter unum *R. Isaac Aben* גיאת *Ghedth*, cujus auctoritatem ipsemet Isaac Abravanel adducit in suis Commentariis ad Caput 12. ver. 7. Prophetiæ Zachariæ: *Et salvabit Dominus Tentoria Judæ in principio, ut non magnificetur gloria domui David &c.* Ubi sic dicit
וגם בספרד בחרבן בית ראשון כתב הר׳ יצחק ן׳ גיאת ז״ל שבאו שתי משפחות מבית דוד האחת בני דאוד שנתיישבה בלוזינה ומשפחת בני אברבניאל שנתיישב׳ בסיויליאה ומִמנה אלפי חדליו׳ עכ״ל: *Et etiam in Hispaniam, tempore desolationis primi Templi, scribit R. Isaac AbènGheath bonæ memoriae, quòd venerint duae familiae de domo* David; *una est filiorum David, quae substitit in Luzina, & altera est familia Abravanela, quae habitavit Hispali, & ex ea mille propagines* (pullularunt) *Hactenus Aben Geath.* Nihilominus ex nimia sui ipsius adulatione, & suæ familiæ nobilitatis jactantia, hujuscemodi Regium figmentum ab eodem Abravanele adinventum fuisse putamus; Nam (teste Harravad) lib. Cabalæ pagina 69. editionis Basileen. post annum mundi 4914. Chr. 1154. לא נשאר בארץ ספרד ארם מפורסם שהוא מבית דוד: *Non remansit in regione Hispania*

paniæ homo, qui manifeste fuerit de domo David. Idem affirmat Auctor *Juchassin* pag.161 Ubi ait: post R. חייא *Chijà* cognomento דאודי *Daudi. Daudicum*, qui obiit in Regno Castellæ anmun.4914 Christi 1154. לא היה בספרד אדם מיוחס מזרע דוד *Non fuit homo prognatus ex semine David in Hispania*. Ergo si post annum Christi 1154. nullus supererat in Hispania de domo David, consequens est, quòd multó minús de eadem domo in Hispania fuerit aliquis post annum 1457. quo tempore maximè inclarescere cæpit R.Isaac Abravanel. Ad auctoritatem autem R.Isaaci Aben Gheàth, dico: locum allatum ab Abravanele non reperiri, nisi tantùm in suis Commentariis, qui cùm propriam caussam agat, testis idoneus non est habendus. Restat igitur, levissimam esse vanitatem hujus Rabbini, velle affectare Regium honorem ex fictitita Regia stirpe, & prosapia. Non tamen negandum, hanc Abravanellorum familiam honestam, antiquam, & divitiarum abundantem semper fuisse in Betica, & Lusitanica Hispaniarum Regionibus, ac Regnis, & ubicumque reperiretur. Anno siquidem 5121. Chr. 1368. Hispali in Hispania habitabat דון שמואל אברבנאל Don *Samuel Abravanel* vir doctissimus, & beneficus, qui opem præstit *R.Menachem* ne ob cladem tunc temporis in Hispania Judæis illatum periret, cujus munificentiam, & charitatem commemorat idem *Menachèm* in procemio

sui

ſui libri צדה לדרך *Tzeda Ladarech*, quem gratitudinis ergò eidem dicavit, ut aſſerit Auctor libri *Juchaſſin* pag. 133. b. Parentes quoque hujus noſtri Iſaaci divites admodum fuiſſe, dicendum eſt; quod, cùm Vliſſipone, Luſitanorum Regum Regia, & opulentiſſima Civitate, atque totius Europæ ditiſſimo emporio habitaverint, & apud Regem Alphonſum V. gratiam invenerint, atque hunc filium ſuum Iſaacum in omni literarum genere inſtructum eſſe voluerint, & eorum, quæ ad ejus ſtudia promovenda neceſſaria fore exiſtimarent, ei abundè ſuppeditaverint, proculdubio eſt aſſerendum. Harum divitiarum copiam auxit Abravanel, quibus poſtea exſpoliatus, iterum in Regno Neapolitano dives efficitur, in tantum. ut Samuel ejus filius anno Domini 1540. Neapoli excedens ſecum magnam ſubſtantiam aſportaret, valore, pluſquam ducentorum millium aureorum, ut aſſerit R. David Ganz ad annum mundi 300. ſexti millenarii Chr. 1540. Hæc quæ de Iſaaco Abravanele hactenus dixi, omnia compilavi, ex Præfationibus ad ſuos Commentarios, quibus ipſe res ab ſe geſtas enarrat, & ea, quæ in curriculo vitæ ſuæ tam Vliſſipone, quàm in aula Regum Caſtellæ, & in Regno Neapolitano, atque per alias Urbes Italiæ, præſertim Venetiis, ſibi occurrerunt, ſeriat im refert, & ab Auctore primæ Præfationis in librum M*aaianè Jeſcevah* diligenter annotantur, incipiendo ab ejus nativitate ; uſque

usque ad mortem ipsius, cúm ejus cadaveris translatione Venetiis Patavium, ubi humatum est, anno Dom. 1508. enumeratis omnibus illius stationibus, & profectionibus per Italiæ Urbes sexdecim annorum spatio, ab exilio Hispanico usque ad ejus mortem; ut nullum ei temporis intervallum superfuerit proficiscendi in Germaniam, ut aliqui, citato *B*uxtorfio, referunt; quod ex sequenti Abravanelis annorum vitæ Chronologia manifestum est.

Chronologia annorum vitæ Isaaci Abrauanelis.

*R*es gestæ.}

Anno Mundi secundúm Hebræos.	Anno Christi	Anno ætatis Abravanelis
5197	1437	0

Nascitur Isaac Abravanel Ulissipone in Lusitania.

5241	148	44

Aufugit in Castellæ Regnum, anno 1. Joannis II. *P*ortugalliæ *R*egis.

5244	1484	47

In Castellæ Regno incipit scribere Comment. in Prophetas anteriores, eosque perficit spatio quatuor mensium. Eodem anno evocatur ad Aulam Regis Ferdinandi Catholici.

5252	1492	55

Exilium universale Judæorum ex Hispania, & navigatio Abravanelis in Regnum Neapolitanum, ejus-

ejusque ingressus in Aulam Ferdinandi Regis Neapolitani

5253 1493 56

Neapoli scribit Commentarios in libros Regum. Ex Præfatione in hos libros.

5254 1494 57

Regnat Alphonsus II. Rex Neapolitanus, apud quem Abravanel gratiam invenit, eumque in Siciliam comitatur.

5255 1495 58

Obit Alphonsus Rex. Abravanel Corcyram Insulam navigat, & ibi incipit scribere Commentarios in Prophetas posteriores.

5256 1496 59

Abravanel in Regnum revertitur regnante Ferdinando II. & Monopoli domicilium figit, ubi per septennium circiter moratur, nempe usque ad an. 1503. ibi multa Opera edit, *Zevach Pesach*, *Nachalàth Avoth*. Præfa. 1. *Maaiane Jescivàh* pag. 3. b.

5257 1497 60

Ibidem scribit *Maaiane Jescivàh*. Præfat. 1. ejusdem. pag. 4.

5258 1498 61

Ibidem perficit Comment. in Isaiam, & scribit librum *Mascmia Jescivàh*, & *Jescivòth mescichò*. ex ead.

5263 1503 66

Abravanel discedens Monopoli Venetias navigat. Occasio autem Venetias eundi fuit, ut iniret

ret concordiam inter Venetam Rempublicam, &Portugalliæ Regem circa negotiationem aromatum, ibique habitat usque ad suum obitum. Ex 1. Præfatione in librum *Maaiane Jesciuah*, pag. 4.

5264 1504 67

Venetiis scribit Comment. in Jeremiam; in Ezechielem; & 12. Prophetas minores. Ibidem.

5268 1508 71

Ibidem obit; ejus corpus transfertur Patavium. sepelitur extra portam, Caudam longam, in cœmeterio veteri. Intra dies octo obit R. Judas מינץ *Mintz*, & sepelitur juxta amicum suum Abravanelem. Anno insequenti-

5269 1509

Post mortem Abravanelis, & ingruente bello per circuitum Urbis Patavii, Judæorum cœmeterium evertitur, & per illud via strata aperitur; unde usque ad hodiernum diem cognosci amplius nequit ubinam R. Isaaci Abravanelis sepulchrum fuerit. Vide 1 præfationem ad librum מעיני הישועה pag. 4. antiquæ editionis. Et hæc de Isaaco Abravanele satis sint.

משמיע ישועה, *Mascmiah Jescuvah* ex Hebræo vertit in Latinum Joannes Wilfen, Germanus, cujus Latina versio msc. asservatur apud interpretem, ut mihi, dum Romæ esset, significavit anno 1675.

R. MOSES אלשיך ALSCECH, singularis notæ Rabbinus, Urbis Saphèt superioris Galileæ incola, claruit circa finem superioris seculi. Egregii

Concionatoris laudes apud ſuos adeptus eſt, nec in ſcribendo apud eoſdem nominis ejus fama minùs illuſtris fuit, quippè qui in univerſos fermè Sacros Codices commentatus, eos diverſis, ac ſpecioſis titulis inſcripſerat, uti.

1. תורת משה *Toràth Moſcè*, *Lex Moſis*, Pentateuchi, & in Prophetas priores, ſunt Commentarii, titulo deſumpto ex libro Joſue 8: 31.

2. מראות הצובאות *Maròth hatzoveoth*, *Specula militantium*, Tit. ex Exod. 38. v. 8. ſic appellavit Commentarios in Prophetas poſteriores.

3. רוממות אל *Romemòth El*, *Exaltationes Dei*, Tit. ex Pſal. 149. v. 6. Commentarii ſunt in Pſalmos.

4. רב הפנינים *Ràv happeninim*, *Multitudo margaritarum*. Tit. ex Prov. 20. v. 15. Commentarii in Proverbia Salomonis.

5. חלקת מחוקק *Chelkàth mechokèk*, *Portio Legislatoris*. Tit. ex Deuter. 33. v. 21. Commentar. in Job.

6. דברים טובים *Devarim Tovim*, *Verba bona*, Tit. ex 1. Reg. 12. v. 7. & Zachar. 1. 13. Commentar. in Eccleſiaſten.

7. עיני משה *Enè Moſcè*, *Oculi Moſis*, Commentar. in Ruth. apud Jo. de Gàra.

8. קול בוכים *Kòl bochim*, *Vox flentium*, Tit. ex Job. 30: 31. Commetarii in Threnos Jeremiæ. Sunt qui eum citant דברים נחומים *Devarim nechumim*, *Verba conſolatoria*.

9. משאת משה *Maséth* Moſcè. *Onus Moſis*, Commentar. in Eſter.

10. חבצלת השרון *Chavatzéleth haſſarón*, *Roſa Saronis*

ronis. Tit. ex Cant. Cantic. 2: 1. Comment. in Danielem.

11. שושנת העמקים *Schuschanáth haamakim Lilium convallium*, Tit. ex Cant. Cantic. 2. 1. Comment. in Caut. Canticorum. Isti, & si qui sunt alii hujus Auctoris Commentarii, qui ad manus meas hactenus non pervenerint omnes fuerunt impressi Venetiis apud Joannem de Gara; sic Commentarii in Legem, qui locupletissimi sunt & sensum literalem, & allegoricum exhibent, & explicant, in lucem prodierunt industria, & arte *R.* Chaiim Auctoris filii, characteribus Bombergianis *R*abbinicis, & minutis apud eundem Joannem de Gara anno ex ejus nomine desumpto אלשיך 361. Chr. 1601. in fol. In principio libri extat triplex Præfatio; Prima satis prolixa; secunda est Impressoris; tertia est Auctoris. In fine post Indicem *Maamarim Sententiarum* antiquorum *R*abbinorum, versiculorum Sac. Scripturæ, & *Hammessaròth* promulgatur excommunicatio contra imprimentes hujusmodi Opera sinè licentia prædicti *R.* Chaiím filii Auctoris infra terminum decem annorum; qui aliter fecerit, diris vovetur execrandis. Subsignatur decretum istud à 7 principalioribus Synagogæ Venetæ *R*abbinis, hoc est *R.* Avigadore Zividale, 2. à Ben Sion Gallo, 3. à Josepho Samigà, 4. à *R.* Beniamin Abèn ריסים Deielùs, 5. à *R.* Isaaco Gersone, 6. à Leu Seravalle, & 7. à R. Barùch Ben Samuelis, cùm priùs excusum

fuerit Calloſcopii in Belvedere propè Conſtantinopolim, regnante Sultano Morad.

Idem dicendum de reliquis, ut de *Maròth hatzoveòth*, Venetiis apud eundem Joannem Garam cum Præfatione R. Iſaaci Gerſonis an. 355. Chr. 1595. & apud eundem an. 5367. Chr. 1607 in fol. *Romemòth El* apud eundem in 4. anno 365. Chr. 1605. *Ràu Peninim* apud eundem anno 5356. Chr. 1596. *Chelkàth mechokek* ibidem apud eundem excuſ. opera prænotati R. Chaiím Auctoris filii, correctus, & emendatus diligenter per R. Iſaacum Gerſonem, anno באלשיך 363. min. ſup. Chr. 1603. cum textu, literis quadratis, & punctis in 4. *Devarim tovím* ibidem apud eundem anno 367. Chr. 1607 *Enè Moſcè* apud eundem anno הנשיא 366. Chr. 1606. in 4. *kolbochìm* ibidem anno 5367. Chr. 1607. eadem forma *Maſeth Moſcè* ibid. emendatus ut ſuprà anno. הנשיא 366. Chr. 1606. in 4. *Chavatzeleth haſſarón* apud eundem cum textu literis quadratis, & ſuis punctis vocalibus. In fine reperiuntur Indices, Materiarum, & *Maamarím* Sententiarum antiquorum Rabbinorum in 4. anno ישמו 352. Chriſti 1592. cùm priùs fuiſſet excuſ. in Urbe Tzaphèth anno החישה 328. Chr. 1568. *Sciuſcianàth haamakim*, Excuſ. etiam Venetiis apud eundem Joan. de Gara anno 351. Chr. 1591 cum textu literis quadratis, & punctis vocalibus veſtitis, ope & induſtria R. Joſeph Abèn סרוק Sarùk, & emendatus à R. Iſaaco Gerſone in 4.

FINIS.

COMMENTARIUS
RABBI DAVIDIS KIMCHI

In aliquot

PSALMOS
DAVIDICOS,

E P R I M I S,

in sermonem Latinum versus

A B

AMBROSIO JANVIER

LIBER

PSALMORUM.

PSALMUS PRIMUS.

BEATITUDINES viri il-
lius (sunt) qui non ambula-
vit in consilio improborum,
& in via peccatorum non ste-
tit, & in consessu derisorum non sedit.
2. Sed in lege Domini voluntas ejus,
& in lege ejus meditabitur die ac nocte.
3. Et erit sicut arbor plantata juxta
rivos aquarum, quæ fructum suum da-
bit in tempore suo; & folium ejus non
defluet: & omne quod faciet prospera-
bitur.
4. Non sic improbi (erunt) sed tan-
quam gluma, quam disjicit ventus.
5. Ideò non resurgent improbi in ju-
dicio; neque peccatores in cœtu justo-
rum.
6. Quoniam novit Dominus viam ju-
storum: via autem improborum peribit.

ספר תהלים


שְׁרֵי הָאִישׁ אֲשֶׁר לֹא הָלַךְ
בַּעֲצַת רְשָׁעִים וּבְדֶרֶךְ
חַטָּאִים לֹא עָמָד וּבְמוֹשַׁב
לֵצִים לֹא יָשָׁב׃

כִּי אִם־בְּתוֹרַת יְהוָה חֶפְצוֹ וּבְתוֹרָתוֹ
יֶהְגֶּה יוֹמָם וָלָיְלָה׃

וְהָיָה כְּעֵץ שָׁתוּל עַל־פַּלְגֵי־מָיִם אֲשֶׁר
פִּרְיוֹ יִתֵּן בְּעִתּוֹ וְעָלֵהוּ לֹא־יִבּוֹל וְכֹל־אֲשֶׁר־
יַעֲשֶׂה יַצְלִיחַ׃

לֹא־כֵן הָרְשָׁעִים כִּי אִם־כַּמֹּץ אֲשֶׁר
תִּדְּפֶנּוּ רוּחַ׃

עַל־כֵּן לֹא־יָקֻמוּ רְשָׁעִים בַּמִּשְׁפָּט
וְחַטָּאִים בַּעֲדַת צַדִּיקִים׃ כִּי־יוֹדֵעַ יְהוָה
דֶּרֶךְ צַדִּיקִים וְדֶרֶךְ רְשָׁעִים תֹּאבֵד׃

COMMENTARIUS.

RABBI D. KIMCHI.

PSAL. I V. 1. B*Eatitudines viri illius, &c.* Dictio אשרי *aschre* semper est pluralis numeri: cujus hæc ratio & sensus est, quod non soleant homines aliquem prædicare beatum ob unicum bonum qnod in illo teperietur, aut propter unam felicitatem quæ illi continget; sed ob multa bona quæ in eo deprehendent, dicent de ipso אשריו *aschrau*, beatitudines ejus sunt. In isto autem Psalmo complectitur David institutionem hominis, quidque ipsum facere deceat in præsenti vita, & præmium quod justos, & pœnam quæ impios manet. Estque hic Psalmus insignis admodum. quapropter ab ipso Librum est auspicatus. Et quidem quod dicit, *Qui non ambulavit in consilio*, enarrat primo viam malam, ut & in alio loco dicit, *Declina à malo*
Psal. 34. *& fac bonum*: Primùm enim omnium addiscit
37. homo viam concupiscentiæ hujus vitæ, nempe e-
Gen. 8.21 dere, bibere & lætari, in quibus etiam adolescit, sicut Scriptura dicit. *Sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua.* Cùm itaque homo, eo ætatis & sensus pervenit, ut incipiat ex seipso discernere bonum & malum, ut dicitur communiter, tum etiam admonet eum David ut recedat à via improborum, neque ambulet in consilio eorum. Porro הרשעים *hareschahim*, improbi seu scelerati sunt habendi, qui summo æstuant desiderio divitias comparandi, &

quorum



פירוש רד"ק



שרי האיש . מלת אשרי היא
לעולם בלשון רבים . וזה הטעם
כי לא יאשרו האדם בטובה אחת
שתמצא בו או בהצלחה אחת
שתזדמן לו אלא בטובות רבות
שימצאו בו יאמרו עליו אשריו .

וכלל דוד בזה המזמור תורת האדם ומה שראוי לו
לעשות בזה העולם . והגמול לצדיקים והעונש
לרשעים . והוא מזמור נכבד מאד לפיכך החל
ספרו בו . ואמר אשר לא הלך בעצת רשעים .
תלים לד ספר תחלה הדרך הרע . כמו שאמר גם כן סור
מרע ועשה טוב . כי מתחילה ילמוד האדם מנעוריו
דרך תאות העולם הזה לאכול ולשתות ולשמוח
בראשית ח ובהם הוא גדל . כמו שאמר כי יצר לב האדם
רע מנעוריו : וכשיעמוד אדם על דעתו
ויתחיל להכיר הטוב והרע כמו שאמר .
הזהירו גם כן שיסור מדרך הרשעים ולא

quorum cordis cupiditas omnis ad præsens duntaxat sæculum fertur, nec bonum inter & malum dijudicant; sed prædantur, furantur & interficiunt parandæ pecuniæ causa, præ irrequieta cordis sui

Job. 34. aviditate. Dictio enim רשע, *reschaa*, anxieta-
I. *Sam.* tem significat, ut patet ex hoc loco. *Ipso enim*
14. *concedente pacem, quis est qui conturbet*. & ex illo.
Eccl 8.8. *Quocunque se vertebat, turbabat.* Item, *& neque*
Ibid. *salvabit inquietudo possessores suos.* Et, *Ne inquietus sis nimis*. Atque ea de causa conjunxit verbum הלך *halach*, ambulavit, cum רשעים *reschaim*, improbis. Quibus etiam consilium attribuit, eo quod ipsi sedentes aliis hominibus consulunt ut seaudiant, & ostendunt eis per modum consilii, quod bonum sit corradere & congregare divitas, genioque indulgere. Unde & homo sæpe ita seductus errat in hoc ipso, cum res illa recta ipsi appareat extrinsecus tantùm aspecta, nec attentè satis quid illam consecuturum sit, considerat. Deinde sequitur: *Et in via peccatorum non stetit*: quia nimirum homo peccatum committit stans in loco suo quietus, opere scilicet, sermone & corde. Cæterum vox דרך *derech*, via, hoc in loco non signi-

Exod. 18 ficat viam qua pedibus itur, sed conversationem &
Job. 17. occupationem hominis, ejusque opera sicut su-
Isai. 58. menda est in istis locis: *Et ostendes eis viam per*
Psal. 119 *quam ambulent.* Et, *Apprehendet justus viam suam.* Et, *Ne facias vias tuas.* Et, *Vias meas enunciavi.* Similiter & in aliis locis. Est ergo sensus horum verborum, *non stetit*, non moram fecit, nec cum eis peccatoribus operam & occupationem conjunxit, nec in eorum societate constitit, ne videlicet eorum addisceret opera. Additur, *Et in consessu derisorum non sedit*. Sunt autem derisores, astuti & docti ad malum, arrogantes, quique mala adversùs alios homines loquuntur, & probris ac conviciis eos aspergunt, revelantes secreta aliûs alii. Hoc autem convenit in homines inertes, otiosos, sedentes in platearum angulis:

atque

ילך בעצתם . והרשעים הם המכינים לקנות
ממון ותאוות להם בעולם הזה ולא יבחני'
בין הטוב והרע ויגזלו ויגנבו ויהרגו בעבור
איוב לד הממון מרוב חרדת להם . כי ענין הרשע
שמואל יד הוא החרדה . כמו והוא ישקיט ומי ירשיע.
ובכל אשר יפנה ירשיע . ולא ימלט רשע
את בעליו . אל תרשע הרבה . ומפני זה
סמך הלך עם רשעים . וסמך עמהם העצה .
כי הם יושבים ויועצים בני אדם לשמוע אליהם
ומראים להם פנים דרך עצה. כי היא טובה
לאסוף ולכנוס ולשמוח . וברוב ישגה האדם בזה .
כי תישר בעיניו הטובה הנראת לו לעיניו ולא
יביט לאחריתה . ואמר ובדרך חטאים לא
עמד . כי החטא יעשה אותו האדם
בהיותו עומד במקומו שוקט במעשה ובדבור
ובלב . ופירוש ובדרך אינו דרך ההליכה
אלא המנהג ועסק האדם ומעשהו . כמו
שמות יח והודעת להם את הדרך ילכו בה . ויאחז
איוב יז צדיק דרכו . מעשות דרכיך . דרכי ספרתי .
ישעיה נח והדומים להם . ופי' לא עמד . לא נתעכב
תלי' קיט ולא הסתכל עמהם ולא עמד בחבורתם כדי
שלא ילמוד ממעשיהם . ואמר ובמושב לצים
לא ישב . והלצים הם הערומים בדעת לרעה
ומתנאים

ז E

atque eam ob causam dixit David: *Et in consessu derisorum non stetit.* Ecce autem in tribus istis verbis omnino hominis situs & dispositiones continentur; aut enim ambulat, aut stat, aut sedet: cubatio enim sub sessione comprehenditur; quia etiam cubatio fit ut plurimùm ad somnum capiendum. adde quod cum dormit homo, nec bonum operatur aut malum. Cum ergo dicit, *Beatus vir qui non ambulavit, &c.* admonet eum ut non faciat secundum opera eorum. & propterea beatum prædicat eum hominem qui ab eorum viis recedit, sicque ab eorum operibus separatur. Magistri autem nostri faustæ recordationis, qui locum hunc exposuerunt, ita de illo disquirunt. Quandoquidem aliquis renuit ambulare, quomodo stetit? & cum non steterit, quomodo dici potest sedisse? sed isti objectioni sic tibi respondendum est, quod si homo aliquis in consilio improborum ambulet, fore tandem ut stet in via peccatorum; atque si in ea steterit, fore ut sedeat id consessu derisorum; & si sedeat, sequi tandem inde ut & derideat; si autem derisor fiat, de eo Scriptura pronuntiat.
Prov. 9. *Si autem derisor fueris, solus portabis malum.*

V. 2. *Sed in lege Domini voluntas ejus, &c.* Hic vult dicere, si recedit à via mala, necdum tamen facit bonum, ecce nondum perfecta facit opera sua, nec ab hominibus prædicabitur beatus, quia dicitur ita alio in loco, *Declina à*
Psal. 34. *malo & fac bonum.* Huc etiam spectant Magistri nostri, piæ memoriæ, cum ita loquuntur. Qui sedet & non facit transgressionem, huic merces deputarf solet, quasi præceptum adimplesset. Eodem sensu ijdem illud intelligunt de eo cui occasio peccandi ad manum venit, à qua tamen fuit liberatus, eo quod scriptum sit. *Diverte à malo & fac bonum*, hoc est. Declina à malo ea conditione ut facias bonum. Ipse David
Psal. 119 alibi dicit. *Etiam qui non operantur iniquitatem,*

in

ומתגלים ומדברים רעות על בני אדם וכותבים
דופי ומום בבני אדם ומגלים סוד זה לזה.
והענין הוא לאנשים בטלים יושבי קרנות.
ומפני זה אמר ובמושב לצים לא ישב. והנה
בשלשה אלה כל תנועות האדם ותנועותיו או
הולך או עומד או יושב. והשכיבה בכלל הישיבה
היא. ועוד כי השכיבה לישן ברוב. ובעוד
שהאדם ישן לא יעשה לא טוב ולא רע. ובאמרו
אשרי האיש וגומר. הרי שהזהירו שלא יעשה
כמעשיהם. ועל זה מאשר האדם שנסע
מדרכם. ובפרט ממעשיהם: ומה שפירשו
בו רבותינו זכרונם לברכה הוא מה שאמרו
וכי מאחר שלא הלך היאך עמד. ומאחר
שלא עמד היאך ישב. אלא לומר לך שאם
הלך סופו לעמוד ואם עמד סופו לישב.
ואם ישב סופו ללון. ואם לן עליו הכתוב אומר
משלי ב ולבנת לבבך תשא: כי אם בתורת. אמר
אם סר מדרך הרע ולא עשה טוב עדיין לא
שלים מעשהו ולא יאמרו עליו אשריו
תלים יד כן אמר סור מרע ועשה טוב. ואף על פי
שאמרו רבותינו זכרונם לברכה ישב ולא עשה
עבירה נותנין לו שכר כעושה מצוה. הם גם
כן פירשו והוא שבא דבר עבירה לידו וניצל
ממנה

in viis ejus ambulaverunt. Ipſi præterea Magiſtri noſtri eum qui prauam concupiſcentiam refrænat, eodem loco habent ac ſi præceptum impleviſſet, poſteaquam peccandi occaſio ipſi ad manum venit: atque hoc ipſum innui à Davide, cum ſuprà dicit. *Etiam qui non operati ſunt iniquitatem*, *&c.* Ut ſenſus ſit, cum iniquitatem non fecerunt, neceſſe eſt ut ambulent in viis ejus, ſicque bonis operibus ſtudeant. Idem ſentit hic David. *Beatus vir qui non ambulavit*, *&c.* Quid autem ſit ipſi faciendum, ſubjungit. *Sed in lege Domini voluntas ejus.* Porro dictio חפץ, *hhefets*, voluntas ſeu ſtudium, includit diſciplinam & opus ipſum, ut accipitur

Iſai. 58. in iſto Iſaiæ loco; *Non facias voluntatem tuam.* Nec etiam opus recté fieri ſolet, niſi adjunctam habeat doctrinam: *Et in lege ejus:* Eadem verba repetit ex more Linguæ Sanctæ. ſimili etiam modo bis conſequenter repetitur di-

Gen. 6. ctio *Noahh*, *Noahh*, in eodem verſu; bis etiam repetitur vox Iſraël in uno verſu. quod & in aliis adhuc locis non raro contingit. Eſt enim mos Linguæ Hebraicæ, quod elegantiæ causa fieri dicitur. Cæterum Magiſtri noſtri, fauſtæ recordationis, hunc locum ſic ediſſerunt. Principio quidem, inquiunt, vocatur Lex Domini, at ubi tandem in ea addiſcenda corroboratus eſt ac profecit, jam Lex ejus facta eſt, & vocatur nomine ipſius תורתו, *thoratho*, hoc eſt, Lex illius. Significatio etiam vocis יהגה, *iehgue*, meditabitur, cordis actionem notat, quaſi diceret, jugi mentis ſolicitudine conſiderabit; qua notatione accipitur & infra, *Et meditatio cordis*

Pſal. 19. *mei in conſpectu tuo ſemper*; jam enim antea meminerat diſciplinæ & operis, quare nunc tantum meminit intentionis cordis; & cogitationis illius, quæ die noctéque debet eſſe de Lege & Præceptis Dei qui propterea mandavit ut de illis

ממנה . שנאמר סור מרע ועשה טוב . סור
מרע על מנת לעשות טוב . וכן הוא אומר
תה"ים קיט אף לא פעלו עולה בדרכיו הלכו . והם
חשבו מי שכבש יצרו למעשה כאילו עשה
מצוה כיון שבא לידו העבירה . וכן הוא
אומר אף לא פעלו עולה בדרכיו הלכו . והם
חשבו מי שכבש יצרו למעשה כאילו עשה
מצוה כיון שבא לידו העבירה . וכן הוה
מה שאמר אף לא פעלו עולה וגומר . אעפ"י
שלא פעלו עולה צריך שילכו בדרכיו ויעשו
מעשה טוב . וכן אמר אשרי האיש אשר לא הלך .
אלא אם יעשה בתורת ה' חפצו . ובכלל החפץ
יש' נח התלמוד והמעשה . כמו עשות חפציך . ולא
יכשר המעשה מבלי הלמוד : ובתורתו . כפל
בראשי' ו שבתורתו כמנהג והלשון כמו נח נח ג'
פעמים בפסוק אחד . וכ' ישראל בפסוק אחד
ואחרים זולתם . כי כן דרך לשון עברי .
ואמרו כי הוא דרך צחות ורז"ל דרשו בתחלה
נקראת תורת ה' ולבסוף שנתחזק בה ללמוד
נעשית תורתו ונקראת על שמו . ופי'
תלים יהגה . יהגה בלבו כמו הגיון לבי לפניך . כי כבר
זכר הלמוד והמעשה . ועתה זכר כוונת לבו
ומחשבתו שתהיה היום והלילה מחשבתו על
בתורה ועל המצות . ולפי' זה עליהם בכל עסק

lis Lege & præceptis, in omni opere quod fit; haberetur ratio, sicut etiam dixerunt Sapientes *a* Omnia opera tua fiant propter cœlum. Illa porro verba, *Meditabitur die ac nocte*, sic volunt accipi. Studio Legis vacabit diu noctuque quod si dicant aliqui, quomodo fieri potest ut quis dies noctesque insumat in Legis meditatione? Quo modo, & quo tempore, opera sua & artes exercere poterit? Sed dicendum est, quod quisquis observat mandatum de applicandis *b* Oratoriis, huic Scriptura tantum attribuit, ac si dies noctesque divinæ Legi discendæ impenderet. Imo quidam ex illis Magistris hoc de illo asserunt qui legit lectionem, *Audi*, matutini & vespertini. Sed nos

Deut.6.4 simplicem sensum & literalem prosequimur, secundum quem si verbum יהגה *iehgue*, meditabitur, pro discendi studio accipimus, sensus horum verborum, die ac nocte, talis erit, ac si diceretur: Omni temporis spatio quo liber erit à negotiis & curis domesticis, lectioni dabit operam, sive id otii nanciscatur per diem sive per noctem.

V. 3.

a Hæc sententia reperitur in Capitulis Patrum cap 2. monetque omnia homini esse agenda propter Deum, seu divini nominis gloriam; sicut & Apostolus 1. Cor. 10. 13. *Existimant aliqui Hebreos inter Dei nomina recitare vocem* שמים schamaim, *cælum, sed verius esse videtur figuratè pro Rege Regiam nominari. Sic* Daniel. 4. Math. 12. Luc. 5. *Vocant Deum cælum eo quòd cæli sunt sedes eius.*

Elias Levita in Thesbite. *b Oratoria seu precatoria*, Hebr. תפלים tephillim, *vocantur membranulæ loro coriaceo inclusæ, quas precaturi Judæi sibi applicant fronti & brachio sinistro. In his autem membranulis descriptæ sunt minutissimis charactéribus sententiæ quadam ex Sacra Scriptura desumptæ; unde in*

מעשה אשר יעשה . כמו שאמרו וכל מעשיך יהיו
לשם שמים : בתורתו יהגה יומם ולילה. שיתעסק
בלימוד . ואמרו וכי אפשר לשנות יומם ולילה .
מלאכתו ואומנתו היכן ומתי יעשה . אלא כל
המקיים מצות תפילין מעלה עליו הכתוב כאילו
למד יומם ולילה . ויש אמרו כל הקורא
קריאת שמע שחרית וערבית . ואנחנו נאמר על
דרך הפשט אם כפרש יהגה בלמוד הספר יהיה פי׳ יומם
ולילה כל עת שיהיה פנוי מעסקין ומחייתו בין מן היום
בין מן הלילה : והיה כעץ . דמה האדם
הטוב לעץ שתול על פלגי מים . ואמר האדם
שיסור מרע ויעשה טוב הנה הוא כעץ השתול
על

novo Testamento Matth. 23. *dicuntur Phylacteria, q. d. conservatoria Legis, quod ejus summam complecterentur, &c. An vero ista usum habuerint authorem, an imperentur* Exod. 13. *&* 17. *&* Deut. 6. *non pauci merito dubitant.*

c. Lectionem Audi mutut. Est illud Deuteron. 6. Audi Israel, Dominus Deus noster, dominus unus est. *& duo versus sequentes* : *quos Judæi quotidie bis recitant mane & vesperi, quasi fidei suæ symbolum. Atque ob illud gloriantur in libro precum suarum se esse gentem quæ nomen Dei unicum faciat, vel prædicet. Quia nempe abrogata Deorum pluralitate, cujus criminis & nos Christianos falso insimulant, bis de die canunt' Dominus Deus noster Dominus unus est.*

V. 3. *Et erit ſicut arbor plantata.* &c. Hominem probum aſſimilat arbori quæ plantata eſt juxta rivos aquarum, dicitque de illo homine qui recedit à malo & facit bonum, quod ſit inſtar arboris plantatæ juxta fluenta aquarum, quæ continuo vigore abundat; ſic ille ſemper eſt ſua ſorte contentus, ſive parum ſive multum habeat unde vivat. Per hæc autem verba, *juxta rivos aquarum*, ejuſmodi aquæ ſignificantur, quarum unus rivus ex una parte & alter ex altera parte decurrat; & quæ ſubter illam diffluant ſic ut arbor ipſa perpetuo ſecus ipſas ſit poſita, *qua fructum ſuum dabit in tempore ſuo*. arbor enim conſita in loco arido, & expectans pluviam, ſi aliquando contingat eam non deſcendere ut arbori neceſſaria eſt, illa non dabit fructum ſuum in tempore ſuo, ſed potius impedietur; & ob ſiccitatem ſuam tardius ſuum fructum proferet. At vero arbor ſecus aquarum decurſus prantata fructum ſuum dabit in tempore ſuo, foliumque ejus non defluet; nam folia ob nimiam ſiccitatem ſolent ex arboribus decidere. cum autem illæ ad rivos aquarum extiterint, nequaquam earnm folia defluunt. Porro iſtud, *In tempore ſuo*, refertur ad duo, quaſi dicat. Non defluet ejus folium in tempore ſuo, ſcilicet tempore quo Sol cum calore ſuo prodit, quo tempore illius umbra neceſſaria eſt hominibus: tum enim refrigerium in illa invenient homines illac iter facientes. & quieſcent ſub ea, nempe ſub umbra foliorum, bibentque de aquis quæ ſub illa diffluunt, ac de fructu ejus comedent. Solent enim hyemali & pluvio tempore ex pleriſque arboribus decidere folia; hîc ſingulari quadam virtute fit, ut etiam in hyeme non decidant folia ejus. quod etiam contingere ſolet in quibuſdam arboribus, ob innatam quam habent humiditatem,

Et

על פלגי מים שהיא טבע לעולם. כן הוא ישמח
לעולם בחלקו. אם מעט ואם הרבה יאכל ופי'
פלגי מים. שיהא פלג מים מזו הפיאה ופלג מים
מזו הפיאה ויעברו תחתיו ולעולם הוא עליהם: אשר
פריו יתן בעתו. כי העץ שהוא במקום צמא מקום
למטר בעת שלא ירד המטר לפי הצורך לא יתן פריו
בעתו אלא יתעכב ויאחר להוציא פריו מפני צמאונו:
אבל העץ השתול על פלגי מים יתן פריו בעתו.
ועלהו לא יבול כי מפני שורש יפול העלה וכשהוא על
פלגי מים לא יפול עלהו. ובעתו שזכר במקום שנים
כאילו אמר לא יבול עלהו בעתו והוא עת צאת החמה
שצריך צלו לבני אדם. והנה ימצאו בו מרגוע בני
אדם השוכבים והנים ויגונו תחתיו לצל העלים.
וישתו מהמים אשר תחתיו ויאכלו מפריו. כי בימות
הגשמים יפלו העלים מרוב האילנות כי על דרך הפלגה
הוא שאפילו בימות הגשמים לא יפול עלהו כמו שהוא
במקצת העצים מטבע הלחות אשר בו. וכמו שאמר
יחזקאל מ"ז לא יבול עלהו ולא יתום פריו לחדשיו יבכר והיה פריו
למאכל ועלהו לתרופה: כן האדם הטוב יקחו ממנו
העולם מוסר. והוא שילמדו ממנו תורתו
ומעשיו הטובים ועלהו לא יבול שיהיו בכל
דרכיו הטובים. ורבותינו זכרונם לברכה

Ezech 47 Et quemadmodum Ezechiel Propheta loquitur de quadam arbore; cujus folium non marcescet, neque deficiet fructus ejus, sed in mensibus suis maturescet; eritque fructus ejus in cibum, & folium ejus in medicinam: ita est de homine bono, quia nempe mundus ab eo disciplinam accipiet, hoc est, discent ab illo homines legem, ejus institutionem, & bona ejus opera. *Et folium ejus non defluet*, quia nimirum in umbra viarum ejus bonarum sperabunt. Cæterùm Magistri uostri, faustæ recordationis, verba illa, *in tempore suo*, censet explicanda de illo qui factus ad docendum idoneus, tum solùm docet, cùm doceudi tempus attigerit, nec id munus ante præstitutum tempus usurpat: quod ubi contigerit, sese à docendo non subducit. Unde, *in tempore suo*, hunc habet sensum: Cum tempus est discendi, discit; cum vero tempus est operandi, tunc operatur. Illud præterea, *& folium ejus non defluet*, interpretantur iidem Magistri de sermonibus piorum hominum etiam minus seriis, quos observatu dignos judicarunt: quo voluerunt significare, bonorum colloquia, quamvis de rebus hujus sæculii, ejusmodi esse, ut homo ex illis addiscere queat, vel quod ad mores informandos spectat, vel quod ad mutuam inter homines conversationem pertineat. *Et omne quod faciet, prosperabitur*: hoc est, si vacaverit divinæ Legi fortunatæ erunt erunt ejus divitiæ. Est autem totus hic versus ita exponendus, ut sit bona precatio & pollicitatio bonæ mercedis, hoc sensu: Si homo declinet à via mala, & faciat bonum, remunerationem ejus fore, ut fiat similis arbori plantatæ juxta decursus aquarum. Cæterum sapiens Rabbi Abraham filius § Esræ, faustæ

§ *Doctissimus Interpres iste dicitur filius Hezræ*

פירשו בעתו שמורה בעת שהגיע להוראה ולא קודם עתו וכהגיע עתו לא ימשוך עצמו מן ההוראה. ופירוש בעתו בעת הלמוד למוד ובעת המעשה עשה ועוד פירשו רבותינו זכרונם לברכה ועלהו לא יבול שאפילו שיחה בטילה צריכה לימוד: כלומר שיחת חולין שמהם יכול האדם ללמוד מהם מוסר העולם והנהגת הבריות זה עם זה: וכל אשר יעשה יצליח: אם עוסק בתורה בכליו מצליחין. ויש לפרש הפסוק הזה דרך ברכה ושכר טוב כי אם יסור מדרך רעה ויעשה טוב יהיה גמולו שיהיה כעץ שתול על פלגי מים. והחכם רבי אברהם בן עזרא זכרונו לברכה פירוש כי פריו הנפש שהחכמה שתשיג מלאכה חכמת אלהים להכיר בוראה ומעשיו העומדים לנצח ותתדבק בעולם

רבים היו לו עמו ופעמים רבות חשב
להרגנו · כמו שכתוב תחלה בהתחתנו עמו
חשב להפילו ביד פלשתים אחר כן חשב
להמיתו בביתו · וכשהיה עומד לפניו היה
מטיל לו החנית · כמה פעמים ואחר
שנפרד ממנו גם כן פעמים רבות : אלהי
בך חסיתי · בך חסיתי ולא בעזרת אדם
הושיעני מכל רודפי הנסמכים עם שאול :
פן יטרוף כאריה · זה לא יאמר על
אויב אחר שהיה לו לדוד אלא על שאול
שהיה מלך · ועליו יאמר פורק ואין מציל
ואמר כאריה כי הוא גבור שבחיות וקרא קהלת י' ברכות' כ
מלך עליהם · ואם יפרוק אין מציל :
ופורק מענין והרקת עולו : אלהי אם
עשיתי · אם זאת עשיתי מה שהוא עושק
לי · וזה הוא מגן הפסוק מפרש : אם
גמלתי שולמי רע · אם יש עול בכפי ·

buit. *Imò eripui arctantem me gratis*, tantum abest ut malum pacifico meo reddiderim, quin etiam liberavi eum qui si, ne causa me affligebat; sed frustra illum é vitæ discrimine eripui. Vere enim Saulem à morte liberavit quam Abisai, erat ipsi illaturus, nisi à Davide prohibitus fuisset.

1. Sam. 26:9. dixit siquidem Abisai David: *Conclusit inimicum tuum in manus tuas. Nunc ergo perfodiam cum lancea in terra, semel & secundo opus non erit ictu. & dixit David, ne interficias eum*, &c. Idem iterum fecisse refertur cum esset in spelun-

1. Sam. 24:8. ca: *Et confregit David viros suos sermonibus, & non permisit eis ut consurgerent in Saulem.* Litera autem ו *vau* in voce ואחלצה *vaahaltsa* imo eripui affligentem me gratis, idem significat ac in loco, ועבדיך *vaavadeca*: *Non o Do-*

Gen. 42:10. *mine mi sed servi tui venerunt, ut emerent cibos.*

V. 5. *Persequatur inimicus animam meam.* dictio ירדף *iradoph* est composita, habet enim formam verborum conjugationis primæ *cal*, & conjugationis *dagessata* seu *piel*; & ratione conjugationis *cal* legitur ירדף *irdoph*, ratione vero conjugationis *dagessata*, legitur ירדף *jeradeph*, & ex utraque forma composita est illa dictio: porro hujus compositionis hæc est ratio, nempe quod dicat inimicum suum se per sequios, & per seipsum, & persequi etiam per alios quinimirum jusserat, ut eum persequerentur. Ad hunc modum Saul Davidem persequebatur, & curabat etiam ut alii ex Israelitis eum persequerentur. Quod vero dicit, animam meam, sensus est, non me persequitur ut in carcerem detrudat, sed ut me interficiat: sicut revera Saul sæpius Davidem manu sua interficere tentavit. *Persequatur & conculcet in terra vitam meam*, hoc est, si me apprehenderit, conculcabit in terra vitam meam, siquidem me non dimittet,

do-

אם עשיתי בידי רע לאדם בעול ובחמס :
אם גמלתי שולמי · מי שהיה עמי בשלום
אם גמלתיו רע כמו שהוא עושה עמי
שהייתי בשלום עמו והייתי חתנו ונלחמתי
מלחמותיו והוא גומל לי רעה תחת טובה :
ואחלצה צוררי ריקם . לא די שלא גמלתי
שולמי רע אבל חלצתי מי שהיה צוררי
ריקם . ובחנם הייתי מציל אותי כמו
שמואל כב שהציל שאול מיד אבישי שהיה הורג אותו
לולי שמנעו · שאמר אכנו נא בחנית .
ובארץ פעם אחת ולא אשנה לו . וכן
שמואל כד כשהיה במערה כאמר וישסע דוד את אנשיו
בדברים ולא נתנם לקום אל שאול · וי"ו
ואחלצה צוררי ריקם כמו וי"ו ועבדיך באו
ראשי' מב לשבור אוכל : ירדף אויב נפשי · המלה
הזאת היא מורכבת מפעלי הקל ומפעל
הדגוש . מן הקל יאמר ירדוף ומן הדגש
ירדף והורכבה המלה הזאת משניהם . וטעם
ההרכבה אומר כי האויב ירדפהו בעצמו
וירדפהו לאחרים . שיאמר לאחרים שירדפוהו :
כך שאול היה רודפו ומרדפו לישראל . ואמר

M m נפשי

donec occidat. *Et gloriam meam in pulverem deducat*, hoc est, animam meam; sensusque est, & cogitatio ejus eo spectat ut gloria mea in pulvere habitet. Et quamvis anima non habitet in pulvere dum moritur homo, ita tamen hæc figuratè dicuntur, ut & illud, *Adhæsit pulveri anima mea*; vel ita loquitur ex opinione inimici, quasi diceret, non existimat fore ut anima mea post mortem resurgat, sed me reputat hominem impium & virum sanguinum. Porro vocem illam סלה *sela* iam superiùs explicui, esse nimirum notam elevandæ vocis in cantu, nec ullam ex se habere significandi rationem, neque opus erit deinceps in omni loco in quo occurret eam explicare.

Psal. 119:

V. 6. *Exurge Domine in ira tua.* Dictio קומה *couma* habet accentum in ultima sub litera *mem*, sensusque est exurge Domine in ira tua contra eos qui me persequuntur ut mihi vitam eripiant. *Exalta te aduersus furores hostium meorum*; In furore tuo contra illos sicut iam dixit in ira tua: vel sensus est, propter furores hostium meorum adversùm me eleva te contra eos, & eripe me de manibus illorum. *Et expergiscere ad me in judicio quod mandasti*, hoc est, in judicio quod super me præcepisti, quod aliud non est quam judicium regni quo eum Regem fore decreverat.

V. 7. *Et Synagoga populorum circumdabit te.* Dictio עדת *adat* habet generalem significationem, לאמים *leummim* vero particularem, atque עדת *aadat* universum Israel simul complectitur. לאמים *leummim* vero duodecim tribus Israeliticas, quæ modo populi, modo multi appellantur, ut patet ex eo quod Isaac Jacobo dixit: *Ut sis in cætum populorum.* Ipse etiam Deus dixit eidem Jacob: *Et cætus gentium ex te prodituruS est.* Ecce vides quod vocet Israelitas,

Gen. 28. 4. Gen. 35. 11.

נפשי כי לא ירדפני לאסרני כמאסר אלא
להמיתני כמו שדמה כמה פעמים להרגו
בידו : וישג וירמוס לארץ חיי : ואם
ישיגני ירמוס לארץ חיי כי לא יניחני שלא
יהרגני : וכבודי לעפר ישכן סלה · וכבודי
הוא נפשי ומחשבתו שישכון כבודי לעפר ·
ואעפ"י שהנפש לא תשכון בעפר במות
האדם הוא על דרך משל · כמו דבקה תלים קיט
לעפר נפשי · או לפי מחשבת האויב כי
לא יחשוב שיש לנפשי תקומה אחר המות .
כי יחשבני שאני רשע ואיש דמים ומלת סלה
פרשתיה שהיא הרמת הקול בניגון . ואין
לה טעם בענין שהיא בו · ואיני צריך
לפרש אותה בכל מקום : קומה יהוה באפך .
קומה מלרע הטעם בהם . אמר קומה ה'
באפך על הרודפים אותי לקחת נפשי : הנשא
בעברות צורדי . בעברתך עליהם כמו שאמר
באפך · או פירושו בעברות שיש לצוררי עלי
הנשא אתה עליהם והשפילני מידם : ועורה
אלי · משפט צוית . עורה אלי במשפט אשר
צוית עלי והוא משפט המלוכה : ועדת לאומים
תסובבך . . אמר עדת בכלל ואמר לאומים
בפרט · עדת היא עדת ישראל הכוללת אותם
כולם

litas, gentes & populos respectu tribuum; vocatque etiam eos congregationem & cœtum, quoniam duodecim tribus congregatio & cœtus unus erant. Si vero per לאומים, *leummim*, omnes totius mundi populos significare voluisset, nequaquam dixisset: *Et congregatio populorum*, non enim congregatio una eos omnes complectitur, sed populus quilibet per seipsum est cœtus unus. Sic porro se habet hujus versus explicatio. Notum erat inter Israelitas Davidem fuisse unctum in Regem; manifestum etiam erat Samuelem jussu divino ipsum unxisse; prætereà noverant omnes in eo loco in quo fuerat inunctus, Samuelem hoc non fecisse ex motu & sententia propria: cùm enim venisset Eliab, maior natu ex fratribus Davidis, dixit: *Utique coram*
1 Sam. 16:6. *Domino est Christus ejus*; existimabat enim illum esse à Deo Regem designatum, usque dum dixit
Ibidem 4. illi Deus: *Ne aspicias in speciem ejus nec altitudinem staturæ ejus*, &c. Cùm autem venisset natu minor, dixit illi Dominus: *Surge & unge istum, ipse enim est à me electus.* Quæ cum ita sint, consequens est illum qui Davidem deinceps est persecutus, perinde egisse ac si Deum ipsum fuisset persecutus, & qui eum cingebat ut apprehenderet, idem commisisse, ac si Deum benedictum circumcingere contendisset, & eam ob causam dicit hic David: *Et Synagoga populorum circumdabit te.* Quo sensu dictum est &
Zach. 2: 8. illud a Propheta: *Qui enim tetigerit vos tangit pupillam oculi ejus*, Dei: quod vero subjungit: *Et propter hanc in altum regredere*, eodem modo est exponendum ac istud quod ante dixit: Exurge & exaltare; quæ omnia figurate dicta sunt. Cùm enim Deus dissimulare videtur peccata hominum, perinde est, ac si descenderet e loco suæ potentiæ & ex sede judicii sui, cùm vero humana crimina visitat & illa judicat, tum vi-

כולם · לאומים הם שנים עשר שבטי ישראל ·
ונקראו לאומים גוים עמים רבים כמו שאמר בראשית
יצחק ליעקב והיית לקהל עמים · וכן אמר האל לה
ליעקב וקהל גוים יהיה ממך · הנה תראה
כי קורא אותם גוים ועמים כנגד השבטים
וקורא אותם קהל ועדה · כי השנים עשר
שבטים קהל אחד ועדה אחת · ואילו היה
אומר לאומים על אומות העולם לא היה אומר שמואל יו
ועדת · כי לא יכלול אותם עדה אחת · כי כל
לאום ולאום עדה בפני עצמה · ויהיה פירוש
הפסוק כן ידוע היה בישראל כי דוד נמשח
למלך והיה ידוע גם כן כי על פי יהוה משחו
שמואל · ובמקום שנמשח הכירו הכל כי לא
עשה שמואל הדבר מדעתו · כי בבא אליאב
הגדול מאחיו אמר אך נגד ה' משיחו · שהיה
סבור כי הוא היה המלך עד שאמר לו האל אל זכריה א
תבט אל מראהו וגומר · וכשבא הקטן אמר לו
האל קום משחהו כי זה הוא · אם כן רודף
אחרי דוד כרודף אחרי האל . והסובב אותו
לתופשו כסובב האל יתברך . ומפני זה אמר
תסובבך על דרך שאמר הנביא כי הנוגע
בכם כנוגע בבבת עינו · ומה שאמר ועליה
למרום שובה כמו שאמר קומה והנשא · הסבל
דרך משל . כי כשיעבור האל על פשע
האדם

videtur surgere; elvare & redire in excelsum & in locum judicii; & hoc sensu dictum est de ultione quam in Pharaonem exercuit Dominus, *Quoniam elevando elevatus est Deus.* Exod. 15. 1.

V. 7. *Dominus judicat populos.* Isti populi sunt Israëlitæ sicut exposui vocem לאומים *leummim:* & dictio, judicabit, significat judicia de illis sumet seu eos puniet, & hoc est quod dicit: Judica me Deus, &c. quia non est in me iniquitas nec peccavi contra eos, ut propterea me odio prosequantur: hoc autem non dicit David de omnibus: sed tantùm de malis qui erant inter illos quique ipsum sine causa oderant; de his, inquam, dicit: *Consumat quaeso nequitia improbos*, &c. Maior enim pars Israelitarum diligebat Davidem eo quod ipse educeret illos & reduceret quamdiu fuit cum Saule; & non nisi inviti persequebantur eum imperio Saulis coacti. Imo etiam non pauci ex tribu Beniamin diligebant eum, ut scribitur in Verbis dierum: *Hi quique venerunt ad David in Sichlag cum adhuc fugeret Saulem filium Cis, tendentes arcum, & utraque manu fundis saxa jacientes, & dirigentes sagittas, de fratribus Saulis ex Benjamin.* 1 Paral. 12: 1.

V. 9. *Consumat, quaeso, nequitia improbos.* Malum, inquit, quod mali agunt & machinantur, absumat & omnino perdat eos. *Et diriges justum.* Hoc est, viam iusti & cogitationem ejus, erisque illi auxilio: hoc autem de seipso dicit, ac de justis qui tum fuerunt inter Israëlitas. *Et explorans corda & renes, Deus juste.* Ipse est qui explorat & perspicit corda & cogitationes hominis, ipse pernoscit quinam justi sint & quinam aberrent à recto; plerique enim hominum sese probos exhibent, non tamen ita se res habet; ipse vero Deus est justus, vult dicere, judicat justè & reddet unicuique secundùm vias & cogitationes illius, quoniam ipse novit omnia.

V. 9.

האדם כאילו ירד ממקום יכולתו וממכון
משפטו · וכאשר יפקד עונו וישפטנו כאילו
יקום וינשא וישוב למרום למקום המשפט
וכן באמר בנקמת פרעה כי גאה גאה :
שמות טו יהוה ידין עמים · הם ישראל כמו שפירשתי
לאומים · ופירש ידין שיקח דינו מהם ·
וזהו שאמר שפטני ה' כצדקי וכתומי עלי ·
כי אני אין בי עון ולא חטאתי להם כדי
שיבקשו אותי : ולא אמר על כולם אלא על
הרעים שבהם שהיו שונאים את דוד בחנם ·
ועליהם אמר יגמור נא רע רשעים · כי
רוב ישראל היו אוהבים את דוד · כי
הוא היה המוציא והמביא אותם בהיותו עם
שאול והמכרחים היו ברדפם אחריו במצות
שאול · גם משבט בנימין היו רבים אוהבים
אותו כמו שכתוב בדברי הימים שבאו אל דוד
דברי הימים יב לציקלג : יגמור נא רע רשעים · אמר שהרע
שעושים ושחושבים הרשעים יגמור אותם
ויכלה אותם: ותכונן צדיק · והצדיק תכונן דרכו ומחשבתו
ותסיע אותו · ואמר זה על עצמו ועל הצדיקים שהיו
בישראל ובוחן לבבות וכליות אלהים צדיק · הוא
שהוא בוחן לבות ויודע מחשבות האדם
הוא יודע הצדיקים והתועים : כי הרבה

[illegible] Deum. Dicere de- [illegible] Deus. Quicquid est [illegible], [illegible] & [illegible] Deo, [illegible]

[illegible] Hoc intelli- [illegible] : Deus [illegible] ejus, & in- [illegible] & hoc est [illegible] Deus [illegible], judice [illegible] Deum [illegible] quod [illegible] Dominus [illegible] Davidem [illegible] & [illegible] Praeterea etiam Deum [illegible] ipsum pecca- [illegible] innocentem vo- [illegible] Denique [illegible] juraverat [illegible] Deum [illegible] ipsum, [illegible] appellatur [illegible]

[illegible] Jam il- [illegible] & [illegible] cum superioribus. [illegible] a multis [illegible], sed [illegible] eorum [illegible]

ten

בני אדם מראים עצמם טובים ואינם כן
הוא אלהים צדיק · רצה לומר שהוא
ויתן לכל אחד כפי דרכיו ומחשבותיו ·
הוא יודע הכל : מגיני על אלהים . ה
לו לומר מגיני אלהים . מהו על : אך
כי מבטחי ומשעני הוא אלהים שיהיה מגיני
שהוא מושיע ישרי לב : אלהים שופט
צדיק . כמו שפטני ה' כצדקי . ופי אלהים
שופט הצדיק כצדקתו והרשע כרשעתו
וזהו שאמר ואל זועם בכל יום . כלומר
ש"פט הצדיק ושופט מי שהוא זועם אל בכל
יום · כי לא ישוב מרשעו · וזהו שאמר
אחריו אם לא ישוב . אם במקום כי · כמו
ואם יהיה היובל שהוא במקום כי או כאשר ·
ובכל יום · רוצה לומר תמיד · ומה היה
זועם שאול לאל שהיה מבזה מעשה האל
ודברו כי היה יודע כי דוד על פי ה'
נמשח למלך אחריו · והוא היה רודף אחריו
כל יום לשרנו הנה היה חושב בכל יום
לבטל דברי האל · ועוד שהיה דוד נקי
ולא חטא לו והיה רוצה לשפוך דם נקי ·
ועוד שנשבע חי ה' שלא ימיתנו · ומכל
אלה היה ראוי להקרא זועם : אם לא
ישוב · כבר פירשנוהו דבק למעלה · ואמר
כי

במדבר לב

V. 9. *Clypeus meus super Deum.* Dicere debuerat, clypeus meus est Deus. Quid igitur est illud *super*? nempe hoc, quasi dicat, utique fulcimentum meum & fiducia mea est in Deo; meus enim erit clypeus, quoniam ipse salvat rectos corde.

V. 10. *Deus judicat justum.* Hoc intelligendum est, ut illud superius: *Judica me secundum justitiam meam*; estque sensus: Deus judicat justum secundùm justitiam ejus, & improbum juxta nequitiam ejusdem & hoc est quod significatur istis verbis: *Et eum qui Deum exasperat omni die*, quasi diceret, judicat justum & illum judicat qui Deum exasperat per singulos dies; eo quod nimirum non convertatur ab improbitate sua, hoc enim est quod postea subjungit, *Quoniam non convertitur.* Hæc etenim particula אם *im* est loco כי *ci*, quoniam, ut in illo loco, *quia jubileus erit*, ubi אם *im* est pro כי *chi*, quoniam, aut כאשר *caascher*, quando. *Et in omni die*, hoc est semper. Qua vero in re Saul irritavit Deum? in eo scilicet quod aspernabatur opus Dei verbùmque illius; sciebat enim Davidem ex Dei mandato fuisse inunctum ut post se regnaret, ipsum tamen jugiter ad necem persequebatur, atque hoc modo cogitabat quotidie irritum facere Dei verbum. Præterea etiam David innocens erat, nihilque in ipsum peccaverat, ac idcirco sanguinem innocentem volebat effundere. Denique eo quod juraverat per Deum viventem se non occisurum ipsum, & propter hæc omnia jure merito appellatur exacerbans.

Num. 34.

V. 11. *Quoniam non convertitur.* Jam illud explicuimus & cohæret cum superioribus. Dicit enim, non convertitur à malita sua, sed gladium suum acuit ut me occidat. arcum suum ten

בני אדם מראים עצמם טובים ואינם כן. הוא אלהים צדיק. רצה לומר שופט בצדק ויתן לכל אחד כפי דרכיו ומחשבותיו. כי הוא יודע הכל: מגני על אלהים. היה לו לומר מגני אלהים. מהו על: אך כי מבטחי ומשעני הוא אלהים שהיה מגיני שהוא מושיע ישרי לב: אלהים שופט צדיק. כמו שפטני ה' כצדקי. ופי' אלהים שופט הצדיק כצדקתו והרשע כרשעתו וזהו שאמר ואל זועם בכל יום. כלומר שופט הצדיק ושופט מי שהוא זועם אל בכל יום. כי לא ישוב מרשעו. וזהו שאמר אחריו אם לא ישוב. אם במקום כי. כמו ואם יהיה היובל שהוא במקום כי או כאשר. ובכל יום. רוצה לומר תמיד. ומה היה זועם שאול לאל שהיה מבזה מעשה האל ודברו כי היה יודע כי דוד על פי ה' נמשח למלך אחריו. והוא היה רודף אחריו כל יום להרגו הנה היה חושב בכל יום לבטל דברי האל. ועוד שהיה דוד נקי ולא חטא לו והיה רוצה לשפוך דם נקי. ועוד שנשבע חי ה' שלא יומתנו. ומכל אלה היה ראוי להקרא זועם: אם לא ישוב. כבר פירשנוהו דרך למעלה. ואמר

במדבר לו

tendit & disponit ut vibret in me sagittas, quasi diceret mors quotidiè mihi imminet, non secus ac illi qui stat expositus è regione arcus contra se intensi.

V. 12. *Et sibi paravit vasa mortis.* Non sibi tantùm sed & illis qui me unà cum illo persequuntur, disposuit & fecit sagittas & instrumenta lethifera ad me interficiendum. Non desunt qui vocem לו *lo* idem significare putent ac בעבור *baauouro*, hoc est, pro seipso, acsi diceret, sagittæ quas paravit illi ipsi paratæ sunt, nam illis est interimendus. Dictio דולקים *dolequim*, eodem sensu accipienda est hoc loco ac in isto: *Quam ob culpam meam & ob quod*
Gen. 31: *peccatum meum sic exarsisti post me?*
36. V. 13. *Ecce parturiit injustitiam.* Comparat cordis humani cogitationes cum conceptu, quæ cum exeunt ob ore, aut opere complentur, similes sunt parturitioni & partui mulieris: enimuero est similis sermo parturitioni, opus vero ipsum partui: dicit ergo Saulem locutum esse iniquitatem ore suo, qui eam in corde suo cogitaverat, ac ore & opere illam prodidisse. Cæterum diversæ quidem voces sunt און *aven* עמל *amal* & שקר *shequer.*, sed eandem hoc loco significationem habent.

V. 14. *Cisternam fodit & excavavit eam.* Idem quod superius dicit, diversis tamen verbis & figuris: dicit igitur Saulem foveam offodisse, ut se in eam conjiceret, in quam casurus esset: hîc enim prædicit fore, ut Saul proprio gladio concidat, utitur autem verbo præteriti temporis dum dicit, *Et incidit in foveam*, loco futuri, sicut explicuimus.

V. 15. *Convertetur labor ejus in caput ejus.* Iniquitas quam perpetrat in me persequendo, redundabit in caput ipsius. *Et in verticem iniquitas ejus descendet.* Rem eandem iterum dicit alliis vocibus.

V. 16

כי לא ישוב מרשע וחרבו ילטוש להמיתני :
קשתו דרך ויכוננה · לירות כי · כלומר
קרוב אני אל המות בכל יום כמי שהוא
עומד כנגד הקשת הדרוכה : ולו הכין
כלי מות · לו ולדולקי' עמו אחרי הכין
ופעל חצים וכלי מות להרגני · ויש
מפרשין לו כמו בעבורו . כלומר בעבור
נפשו · כלומר החצים שהכין לו לנפשו
הם . כי הוא ימות בהם · ודולקים ·
כמו כי דלקת אחרי : הנה יחבל און · ראשית לא
ידמה מחשבות הלב להריון · וכשיוצאין
בפה או במעשה דומין לחבלי האשה וללידה
א"כ דמיון הדבור הוא החבלים · ודמיון
המעשה הוא הלידה : ואמר כי דבר האון
הוא בפיו · כי יחשבנו בלבו ויוציאנו בפה
למעשה · ואון ועמל ושקר ענין אחד אלא
שהמלות שונות : בור כרה ויחפרהו · כפל ענין במלות
שונות · ואמר כי הוא כרה בור להפילן בו · והוא יפול
בו שתבא עליו המיתה שהוא חשב · ואמר ויפול
עבר במקום עתיד כמו שפירשנו : ישוב
עמלו בראשו · שהרו שהיה עושה ברדפו
אחרי ישוב עמלו בראשו : ועל קדקדו
חמסו ירד · כפל הענין במלות שונות :

אודה

V. 16. *Confitebor Domino secundùm justitiam ejus*. Et tunc confitebor Domino juxta justitiam ejus quam in me exercuit. *Et psallam nomini Domini*, quia ipse est altissimus super omnia & omnibus dominatur, facitque omnia secundum beneplacitum suum in omnibus à se creatis.

PSALMUS OCTAVUS

Præcentori super Haggittith, *Psalmus David*.

1. DOmine, Domine noster, quàm grande est nomen tuum in universa terra: qui posuisti gloriam tuam super coelos.

2. Ex ore infantium et lactentium fundasti fortitudinem tuam, propter inimicos tuos, ut cessare facias inimicum et ultorem.

3. Quando video coelos tuos, opera digitorum tuorum; lunam et stellas quas tu firmasti.

4. Quid est homo quód memor es ejus? et filius hominis quòd visitas eum?

5. Mi-

אודה יהוה כצדקו ואז אודה ה' כפי צדקו שעשה עמי : ואזמרה שם ה' עליון · כי הוא עליון על הכל ומושל בכל ויעשה גבורים כחפצו :

מְנַצֵּחַ עַל־הַגִּתִּית מִזְמוֹר לְדָוִד :

יְהוָה אֲדֹנֵינוּ מָה־אַדִּיר שִׁמְךָ בְּכָל־הָאָרֶץ אֲשֶׁר־תְּנָה הוֹדְךָ עַל־הַשָּׁמָיִם :

מִפִּי עוֹלְלִים וְיוֹנְקִים יִסַּדְתָּ עוֹז לְמַעַן צוֹרְרֶיךָ לְהַשְׁבִּית אוֹיֵב וּמִתְנַקֵּם :

כִּי אֶרְאֶה שָׁמֶיךָ מַעֲשֵׂה אֶצְבְּעֹתֶיךָ יָרֵחַ וְכוֹכָבִים אֲשֶׁר כּוֹנָנְתָּה :

מָה־אֱנוֹשׁ כִּי תִזְכְּרֶנּוּ וּבֶן אָדָם כִּי תִפְקְדֶנּוּ :

וַתְּחַסְּרֵהוּ :

5. Minuisti eum paulo minus à Diis: gloria et honore coronasti eum.

6. Constituisti eum Dominum super opera manuum tuarum: omnia subjecisti sub pedibus ejus.

7. Oves et boves universos, insuper et pecora campi.

8. Volucres coeli et pisces maris: quicquid transit semitas marium.

9. Domine, Domine noster, quàm grande est nomen tuum in universa terra!

COMMENTARIUS

P*Raecentori super Haggittith.* Jam supra declaravimus vocem, gittith, significare genus aliquod instrumentorum musicorum. *Et* quidam tradunt Davidem hunc Psalmum composuisse cum in Geth civitate versaretur, ibique eum cecinisse. *D*icunt alii, ipsum filiis Obed Edom Gethaei dedisse decantandum. Est autem *P*salmus iste, hymnus, & confessio in honorem *D*ei, & summae ejus potestatis enarratio.

V. 1. *Domine, Domine noster.* Quid tu es? nempe Dominus omnium creaturarum, cum superiorum tum etiam inferiorum. *Quam grande est nomen tuum.* Perinde est ac si diceret, quam

וַתְּחַסְּרֵהוּ מְּעַט מֵאֱלֹהִים וְכָבוֹד וְהָדָר תְּעַטְּרֵהוּ׃

תַּמְשִׁילֵהוּ בְּמַעֲשֵׂי יָדֶיךָ כֹּל שַׁתָּה תַחַת רַגְלָיו׃

צֹנֶה וַאֲלָפִים כֻּלָּם וְגַם בַּהֲמוֹת שָׂדָי׃

צִפּוֹר שָׁמַיִם וּדְגֵי הַיָּם עֹבֵר אָרְחוֹת יַמִּים׃

יְהֹוָה אֲדֹנֵינוּ מָה־אַדִּיר שִׁמְךָ בְּכָל הָאָרֶץ׃

למנצח על הגתית. כבר פירשנו כי גתית ממיני הנגון. ויש אומרין כי כשהיה דוד בגת חיברו ואמרו. ויש אומ' כי נתנו לבני עובד אדום הגתי. והמזמור הזה הוא הלל ושבח והודאה לאל וספר גבורותיו. ה' אדונינו. מה שאתה הוא אדון הנבראים העליונים והתחתונים: מה אדיר שמך בכל הארץ.

quàm grandis es tu ! o quia nomen ejus eſt ipſemet, & ipſe eſt nomen ſuum ; nomen ſcilicet illud quatuor conſtans literis, quodque non eſt nomen formale aut adiectivum ; atque illud grande eſt in univerſa terra. Vult porro dicere : potentia tua conſpicitur in omni terra, ſive in habitabili, ſive in deſerta, ſive in mari, in omni prorſus terra, maniſeſtè apparet potentia tua; verum magniſica gloria tua, virtuſque prævalida potiſſimum in cælis apparet; terra enim res eſt exigua cum cœlo collata ; eſtque veluti punctum in medio circuli. Cæterum dicto תנה *tena* eſt infinitivus loco præteriti נתתה *natatta*, eo enim modo ſolent uti pro præterito, ut in illo loco : *Nam & cerva peperit* ועזוב *vaazou*
Jer. 14. 5. *& relinquere* pro & reliquit ; & ſic in aliis adhuc locis. Ita etiam infinitivus loco futuri & participii præſentis uſurpari ſolet, ſicut declaravimus in libro Miclol in parte illa ubi agitur de rebus Grammaticis. Senſus autem totius verſiculi eſt hujuſmodi : quàm celebre eſt nomen tuum in tota terra, quàm grandis es tu qui poſuiſti gloriam tuam ſuper cœlos ! Dictio הוד *hod*, potentiam & decorem ſignificat. Eſtque exponendum illud, qui poſuiſti gloriam tuam ſuper cœlos, hoc ſenſu, quàm præclarum eſt nomen tuum in omni terra, eo quod virtutem poſueris in ſuperioribus illis rebus, quæ hæc inferiora dirigant : terra enim & omnià quæ ſunt in ea

o *Loquitur de glorioſo & ineffabili nomine Dei quatuor literis* jod, he, vau, *&* he *conſtante, quod idcirco à Græcis* Tetragrammaton *eſt dictum, & ita ſoli Deo proprium eſſe volunt, ut in eo nulla ſit participatio inter Creatorem & aliquid aliud, eo quod ſignificet aliquid quod neceſſariam habet exiſtentiam, ut loquitur Maimonides*

הארץ · כמו מה אדיר אתה · פי׳ שמך
הוא והוא שמו · שם בן ארבע אותיות
שאמרנו שם תואר · והוא אדיר בכל
הארץ · ר״ל גבורתך נראית בכל הארץ
בין בישוב בין במדבר בין בים בין
בכל הארץ נראית גבורתך · אבל הסוד
הגדול והכח העלום נראה בשמים כי הארץ
דבר קטן כנגד השמים · והיא כנקודה
בתוך העגולה · ומלת תנה הוא מקור
במקום נתת · כי משתמשים במקום ירמי׳ י״ד
עבר · כמו ילדה ועזוב · כמו ועזבה ·
ואחרים זולתו · וכן במקום עתיד ובינוני
כמו שביארנו בספר מכלול בחלק הדקדוק ·
ועניין הפסוק כן מה אדיר שמך בכל הארץ ·
ומה אדיר שאתה נתת הודך על השמים ופי׳
מלת הוד הכח והסדר · ויש לפרש אשר
תנה הודך על השמים · טעם למה אדיר
שמך בכל הארץ · רוצה לומר בעבור שנתת
כח בעליונים להנהיג התחתונים · כי הארץ
וכל

monides parte 1. cap. 60. libri More: Indè esse videtur quod Kimhhi dicat hic Deum esse nomen suum & è contra: cætera enim ejus nomina potius sunt epitheta, & appellativa, imposita ipsi ab effectis aut attributis, citra ullam essentiæ ejus affirmationem: unde veteres Sapientes dixerunt ante mundum conditum nihil extitisse præter Deum & nomen ejus.

ea, maria, & quæcumque in eis continentur, ab istis superioribus aguntur.

V. 2. *Ex ore infantium & lactentium fundasti fortitudinem.* Primum omnium inter divina miracula quæ apparent in homine, postquam est in lucem editus, est ipsa lactatio. Gratias quidem agere debet homo conditori suo, & ejus agnoscere virtutem & potentiam, ob illa opera illius quæ in coëlis & terra videntur, sed maximè propter miram corporis sui conformationem, quod formatum est ex genitali semine converso in sangvinem; indeque paulatim crescit, donec perficiantur membra ejus, & tandem in lucem hujus mundi prodeat. Et ea de regitur etiam
Psal. 139: 1. in Psalmo illo qui incipit: *Domine investigasti me & cognovisti me*, &c. Hic vero Psalmus agit de principio egressionis hominis in lucem & de ejus lactatione, unde cognoscuntur miracula Creatoris & ejus bonitas ergo homines; ac propterea dicit: *Fundasti fortitudinem.* Ut enim fundamentum est initium ædificii, ita lactatio primum est quo divina erga homines benignitas agnoscitur, quam in illos exhibet statim atque prodierunt in lucem; nam ita commodè Deus benedictus foramen in maternis mamillis aptavit, ut esset angustum instar foraminis acus, non vero nimis amplum; si enim esset latius, lac inundaret absque expressione, intrarétque in os infantis plusquam necesse sit, adeo ut ipsum præfocaret. Sic etiam si esset angustius, ita ut difficile esset infanti lac exsugere, labia ejus læderentur, sed omnia in modo & mensura à Deo disposita sunt. Et ea in re cæteris animantibus mirè præcellit homo, quod matris ejus mamillas eo in loco opposuerit Deus, ubi locus est intelligentiæ, sicut tradiderunt Magistri nostri piæ memoriæ,* & eam

* *Hi enim existimant cor intelligere, eò quod*

וכל אשר בה הימים וכל אשר בהם הכל
בהנהגת העליונים : מפי עוללים ויונקים
תחלת הנפלאות אשר באדם אחר יוצא לאויר
העולם הוא היניקה · כי צריך האדם
להודות הבורא ולהכיר כחו ויכולתו מכל
מעשיו הנראים בשמים ובארץ · ומתכונת
גופו שנברא מטיפת הזרע אשר תהפך לדם
ומהם יגדל מעט עד שישתלמו איבריו ויצא תלים קלט
לאויר העולם · וכבר זכר בזה המזמור ה'
חקרתני ותדע · וזה המזמור אמר מתחילת
צאתו לאויר העולם ובמניקתו ניכרים נפלאות
הבורא וחסדו על האדם · לפיכך אמר
יסדת · כמו שהיסוד תחילת הבנין כן
היניקה תחילת ההכרה בחסד הבורא על
האדם אחר צאתו לאויר העולם שעשה לו
הקדוש ברוך הוא נקב בשדים כעניין נקב
מחט דקה לא יותר רחב מכך שאם היה
יותר רחב יזרום החלב בלא מין ויבוא לתוך
פיו יותר מן הצורך עד שיחנק בו · ואם
יהיה יותר דק ממה שהוא יכביד המין על
הילד ויכאבו שפתיו · אלא הכל בשיעור
ובמדה · והפליאות משאר החיים שנתן
לאמו דדים במקום בינה כמו שאמרו
רבותינו

mentis cogitationem sapientiæ, affectus &c. sedes esse cor dicatur, in scripturis.

eam ob causam dicitur hic. *Ex ore infantium & lactentium fundasti potentiam.* Inde enim quilibet agnoscere potest omnia certa intentione supremi intendentis fuisse coaptata, non sicut impiè dicunt divini Numinis inimici, omnia cæco naturæ impetu & casu fieri, & sine moderamine dirigentis & intentione intendentis: & hoc est quod postea dicitur: *Ut cessare facias inimicum & ultorem.* Nam etsi hoc idem beneficium jumentis etiam & feris à Deo concessum sit, soli tamen homini intellectus est datus, quo Dei agnoscens opera gratias ei rependat, ac laudet pro omnibus, eo quod ad ipsius utilitatem omnia sint condita. Quæ cum ita sint, merito tenetur homo attentè contemplari, & agnoscere Dei opera, atque debitas illi gratias & laudes referre de omnibus. Sapiens autem Magister Abraham illud ita exponit, ut velit Davidem sic esse locutum propter hominis præstantiam supra cæteras mundi hujus inferioris creaturas, nempe quod ab eo tempore quo puer incipit primum verba formare, quod significatur his verbis: *Ex ore infantium & lactantium*, tum incipiat naturali sua dispositione recipere virtutem animæ sapientis, donec tandem intelligat judicio rationis suæ potentiam sui conditoris, siquidem animæ virtus magis per dies singulos increscit: Et ille est sensus horum verborum, fundasti fortitudinem. Quod vero additur, *Propter inimicos tuos*, sic explicat, ut confutes verba eorum qui negant ista & dicunt non esse Deum. Magister vero noster Moses Sacerdos verba hæc, *Ex ore infantium*, sic explicat, qui etsi nondum ore suo loqui possint, ipsi tamen in seipsis multa tua beneficia prædicant, qui pascis eos facisque ut corpus eorum augeatur longitudine ac latitudine.

V. 3. *Quando video cœlos tuos.* Nullam hic

so-

רבותינו זכרונם לברכה · לפיכך אמר מפי
עוללים ויונקים יסדת עוז · שיכול להכיר
האדם כי הכל בכוונת מכוון · לא כמו שאמרו
אויבי ה׳ · כי הכל בטבע ובמקרה בלא
הנהגת מנהיג וכוונת מכוון · וזהו שאמר
להשבית אויב ומתנקם · ואף על פי שזה
החסד גם כן בבהמות ובחיות באדם נתן
האל בינה להכיר מעשה האל ולהודות לו
ולשבחו על הכל · · וכולם נבראו לתועלתו ·
אם כן עליו להתבונן ולהכיר מעשה האל
ולהודות לו על הכל והחכם רבי אברהם
בן עזרא פירש בעבור היות אדם נכבד
מכל נבראי מטה אמר כי משת שיחל הנער
לדבר · וזה טעם מפי עוללים · או החל
מתכונתו לקבל כח הנשמה עד שתשכל
בשקול דעתה פה בוראה · כי תתחזק
הנפש יום אחר יום · וזה טעם יסדת
עוז · וטעם למען צורריך לבטל דברי
המכחישים האומרים אין אלוה · ורבינו
משה הכהן פי׳ מפי עוללים · אשר לא
ידברו בפיהם הם בעצמם יודו על רוב
חסדיך · כי תכלכלם ותרבם בגופם באורך
וברוחב : כי אראה שמיך ולא זכר השמש ·
יש אומרים כי בלילה אמר זה המזמור·

ſolis mentionem facit. Hinc quidam opinantur ipſum noctu Pſalmum hunc compoſuiſſe, eo ſcilicet tempore quo lunam & ſtellas contemplabatur, & mira Dei opera conſiderabat. Alii dicunt quod interdiu ſolus ſol conſpiciatur, noctu vero maximus aſtrorum appareat exercitus, ideoque Davidem ſolis non meminiſſe. Alii denique ſentiunt verba iſta, *Qui poſuiſti gloriam tuam ſuper cœlos*, de ſole eſſe intelligenda, eoquod magna ſit creatura. Decit igitur, quando cœlos tuos intueor; quaſi diceret, cum màgnas creaturas, quas in mundo habes, conſidero, & res humanas attendo, ſtupore attonitus exclamo, quid eſt homo, ut memoriam ejus habeas? Illud porro, *quid eſt homo?* opponitur ei quod dixit, quàm grande eſt nomen tuum! Hoc enim eſt ad amplificationem, illud vero ad diminutionem. Dicit igitur, cum inſpicio coelos tuos, lunam & ſtellas, quàm ſint ingentes creaturæ & * intellectu præditæ, quid eſt, inquam, homo, quod memor ejus fueris, & illum participem feceris gloriæ & decoris illorum intellectualium ſuperiorum, quæ non ſunt, ut ipſe, corpora? Imo etiam cum magnitudinem eorum quæ corporea ſunt intueor, & corporis eorum magnitudinem, aptiſſimamque diſpoſitionem, adverto hominem cum illis comparatum eſſe quaſi nihilum. Dicit vero, *Opus digitorum tuorum*. Et, *quæ tu aptaſti*, ad refutandos infideles qui dicunt mundum eſſe æternum, ideoque dicit, opus, & quæ firmaſti; quaſi diceret, quæ tu omnia, quaſi de nouo condidiſti. Dicit etiam, video coelos tuos, cum tamen illi à nobis non videantur, ſed id tantum quod nobis eſt proximum; ſed quoniam illi cuncta illuſtrant, non ſecus ac res quæ in vitreo vaſe poſita ex-

* *Plerique Hebræorum hac opinione fuerunt*

בעת שהיה מסתכל בירח וכוכבים ומבין
בנפלאות הבורא ויש אומרין כי ביום לא
צבא כי אם השמש לבדו · ובלילה יראה
צבא גדול מאד לפיכך לא אמר השמש ·
ויש אומרין כי מה שאמר אשר תנה הודך
על השמים רמז על השמש כי היא הבריאה
הגדולה · ואמר כי אראה שמיך · כלומר
כשאראה הבריאות הגדולות אשר יש לך בעולם
ואבין ענין האדם אני תמיה ואמר : מה אנוש
כי תזכרנו · ומה אנוש הפך מה אדיר
שמך . כי הוא להגדלה וזה להקטנה ·
אמר כי אראה שמיך והירח והככבים שהם
בריאות גדולות ומשכילות : מה אנוש כי
זכרת אותו והאצלת עליו מהוד המשכילים
העליונים שאינם גוף : כי אף אותם שהם
גופות אני רואה גודל גופם וערכם כי
האנוש כאין נגדם · ואמר מעשה אצבעותיך .
ואמר אשר כוננת · להכחיש הכופרים
שאמרו שהעולם קדמון · לפיכך אמר מעשה
וכוננת · שאתה חדשת אותם כולם ואמר
אראה שמים : ואם אין נראה לנו אלא
הסמוך לנו לפי שהם מזהירים כולם כיון

imbuti, ut clarius infra patebit ad Psalmum 19.

extrinsecus solummodo cernitur. Sapiens autem Magister Abraham filius Esræ F. M. scribit, ideo Davidem dixisse opera digitorum, quoniam ut decem sunt digiti, ita etiam sunt decem sphaerae cœlestes, nempe septem cœli seu orbes, in quibus sunt septem planetae deinde sphaera Zodiaci seu duodecim signorum, & nona sphaera, quae est supra sphaeram signorum, ac tandem decima, in qua est solium gloriae.

V. 4. *Quid est homo quod memor es ejus & filius hominis quoniam visitas eum?* Idem decit iterum, sed variis dictionibus; aut per illud, quod memor es ejus, vult dicere, quoniam singulari modo ejus creationis memor fueris, quia aliquid gloriae tuae concessisti illi, & visitas eum per omnes dies quibus vivit, curam illius gerens, operumque ejus rationem habens, ut des unicuique secundum vias ipsius.

V. 5. *Minuisti eum paulominus à Diis.* Per Deos intelligit Angelos, eoquod anima hominis, Angelicae conditionis sit; illa enim non est quid corporeum, sicut & ipsi sunt incorporei. Defectus autem ille hominis infra Angelos est, quod anima sit conjuncta corpori, *Gloriâ & honore coronasti eum.* Hoc est anima, quae superioris est ordinis, quam in ipso posuisti, per & quam fecisti ut dominaretur super opera manuum tuarum, hoc est, in haec inferiora creata; imo hoc etiam de superioribus intelligi potest, super quæ hoc dominium hominis in eo consistit, quod vi intellectus sui, varium sphærarum & stellarum motum & circuitum intelligere possit.

V. 6. *Omnia subjecesti sub pedibus ejus.* Hoc est, omnia hæc inferiora sub illo sunt, ut dicitur: *Et terror vester ac tremor sit super animalia terra, & super omnes volucres cœli.*

V. 7. *Oves & boves universas.* Litera א *aleph,*

הדבר אשר בתוך כלי הזכוכית שהוא נראה מבחוץ · וכתב החכם רבי אברהם בן עזרא זכרונו לברכה כי אמר אצבעותיך כי האצבעות עשרה והגלגלים עשרה · שבעה רקיעים שבהם שבעה כוכבי לכת וגלגל המזלות וגלגל התשיעי למעלה מגלגל המזלות והעשירי כסא הכבוד · מה אנוש כי תזכרנו ובן אדם כי תפקדנו · כפל ענין במלות שונות · או רוצה לומר כי תזכרנו · כי זכרתי בבריאתו שהאצלת מהודך עליו : ותפקדנו כל הימים אשר הוא חי תשגיח עליו ובמעשיו לתת לאיש כדרכיו : ותחסרהו מעט מאלהים · הם המלאכים בעבור כי נשמת האדם מתכונת המלאכים שאינכה גוף כמו שהם אינם גופו : והחסרון הוא לפי שהיא בגוף : וכבוד והדר תעטרהו · בנשמה העליונה שנתת בו · ובה תמשילהו במעשה ידיך : תמשילהו במעשה ידיך · היצורים השפלים . או פירש אף העליונים והממשלה הוא שמבין בשכלו מהלך הגלגלים והכוכבים · כל שתה תחת רגליו · התחתונים כולם כמו שאמר ומוראכם וחתכם יהיה על כל חית הארץ ועל כל עוף השמים : בראשית ט תחתיו · צנה ואלפים · אלף כאן עלמ כ

leph, vocis צאן *tson*, hîc est abscondita., & non expressê scribitur; est tamen ubi ה *he* vocis צנה *tsone* apparet mutatum in א *aleph*, scilicet in illo loco לצנאכם *litsonvachem*, pecudibus vestris. Num. 32:24. Ovium autem & boum potissimum meminit, eo quod hæc animantia alantur apud hominem, sintque apta & destinata ad opus ejus. ad cibum etiam & indumentum. Porro voce צאן *tson*, agnos & capras complectitur, dictio vero אלפים *alaphim*, boves significat: additque *universas*, ut simul complectatur alia magna animalia seu jumenta, quæ apud homines aluntur, ut sunt equi, asini, cameli: quod vero addit, *Insuper*, seu, & etiam, *bestias campi*, sive feras agrestes, hunc habet sensum, etiam illa animalia, quæ non enutrita sunt cum illo in terra culta & habitata, homini subjecta sunt, per ejus nempe prudentiam & industriam.

V. 8. *Volucres coeli & pisces maris*, Hoc est, etiam in ea animantia quæ non sunt in terra cum ipso, ut volatile quod per aërem volitat, & pisces qui in aquis natitant, in ea, inquit, omnia dominatur homo sua solertia & arte venatur & capit. *Transit semitas maris.* Sua enim industria naves aptat, quibus maris spatia percurrit.

V. 9. *Domine, Domine noster*, Iterum redit ad celebrandum Deum, postquam absolvit enarrationem bonitatis qua usus est erga hominem, & potestatis quam illi concessit super omnia, cum tamen sit ipse res parva & vilis, collatus cum illis cœlestibus creaturis, quibus tamen in hoc similis est quod intellectu sit instructus: redit, inquam, ad Deum laudandum ac dicit: Domine, Domine Noster, &c.

PSAL-

מסמכתב והא לנס נראית במלת לנאיכס :
ואמר צנה ואלפים · כי הם גדלים עמו
ומזומנים למלאכתו ולמאכלו ולמלבושו · והצאן
הוא הכבשים והעזים . ואלפים הם השורים ·
ואמר כולם על שאר הבהמות הגדילות עמו
יהם הסוסים והחמורים והגמלים · ואמר וגם
בהמות שדי שהם חיות השדה · ואמ' וגם
כי גם בהמות שדי שהם חיות השדה· ואמר
וגם כי גם בהם שאינם גדילים עמו ביישוב
בהם הוא מושל בשכלו ובתחבולתו עליהם ·
ואמר עוד : צפור שמים ודגי הים · אמר
אפי' באותם שאינם בארץ עמו כמו הצפור
שהוא פורח באויר והדגים שהם שטים במים
על הכל הוא מושל ולד אותם בתחבולותיו :
עובר אורחות ימים · שעושה ספינות ועובר
בהם אורחות ימים : יהוה אדונינו · שב
עוד ללהודות כאשר כלה לספר החסד שעשה
לאדם והיכולת שנתן לו על הכל והוא קטן
ונבזה כנגד בריות של מעלה שהוא משתתף
עמהם בשכל שב להודות ואמר ה' אדונינו :

למנצח

PSALMUS NONUS

Præcentori super morte Labben, Psalmus David.

1. CElebrabo Dominum in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua.

2. Laetabor et exultabo in te: psallam nomini tuo Altissime.

3. Cúm conversi fuerint inimici mei retrorsum: corruent et peribunt à facie tua.

4. Quoniam fecisti judicium meum et causam meam: sedisti in solio, qui judicas justitiam.

5. Subvertisti Gentes, et perdidisti impium; nomen eorum delesti in saeculum, et in aeternum.

6. O hostis, desierunt vastationes tuae in finem, et civitates destruxisti, perijt memoria earum, ipsae.

7. Et Dominus in aeternum per-

manebit,

ט מְנַצֵּחַ עַלְמוּת לַבֵּן מִזְמוֹר
לְדָוִד:
אוֹדֶה יְהוָה בְּכָל לִבִּי
אֲסַפְּרָה כָּל נִפְלְאוֹתֶיךָ:

אֶשְׂמְחָה וְאֶעֶלְצָה בָךְ אֲזַמְּרָה שִׁמְךָ
עֶלְיוֹן:

בְּשׁוּב אוֹיְבַי אָחוֹר יִכָּשְׁלוּ וְיֹאבְדוּ
מִפָּנֶיךָ:

כִּי עָשִׂיתָ מִשְׁפָּטִי וְדִינִי יָשַׁבְתָּ לְכִסֵּא
שׁוֹפֵט צֶדֶק:

גָּעַרְתָּ גוֹיִם אִבַּדְתָּ רָשָׁע שְׁמָם מָחִיתָ
לְעוֹלָם וָעֶד:

הָאוֹיֵב תַּמּוּ חֳרָבוֹת לָנֶצַח וְעָרִים
נָתַשְׁתָּ אָבַד זִכְרָם הֵמָּה:

ויהוה

manebit: paravit ad iudicium
thronum suum.
8. Et ipse iudicabit orbem in
iustitia: iudicabit populos in recti-
tudine.
9. Et factus est propugnaculum
pauperi, propugnaculum tem-
poribus in angustia.
10. Et sperent in te qui nove-
runt nomen tuum: quoniam non
dereliquisti quaerentes te Domine.
11. Psallite Domino qui habi-
tat in Sion: annuntiate inter Gen-
tes opera eius.
12. Quoniam requirens sangui-
nes, eorum recordatus est: non
est oblitus clamores pauperum.
13. Miserere mei Domine: vi-
de afflictionem meam de inimicis
meis, qui exaltas me de portis
mortis.
14. Ut annuntiem omnes lau-
des tuas in portis filiae Sion: ex-
ultem in salute tua.
15. Demersae sunt Gentes in
foveam, quam fecerunt: in reti,
quod

וַיהוָה לְעוֹלָם יֵשֵׁב כּוֹנֵן לַמִּשְׁפָּט
כִּסְאוֹ׃

וְהוּא יִשְׁפֹּט תֵּבֵל בְּצֶדֶק יָדִין לְאֻמִּים
בְּמֵישָׁרִים׃

וִיהִי יְהוָה מִשְׂגָּב לַדָּךְ מִשְׂגָּב לְעִתּוֹת
בַּצָּרָה׃

וְיִבְטְחוּ בְךָ יֹדְעֵי שְׁמֶךָ כִּי לֹא־
עָזַבְתָּ דֹרְשֶׁיךָ יְהוָה׃

זַמְּרוּ לַיהוָה יֹשֵׁב צִיּוֹן הַגִּידוּ בָעַמִּים
עֲלִילוֹתָיו׃

כִּי־דֹרֵשׁ דָּמִים אוֹתָם זָכָר לֹא שָׁכַח
צַעֲקַת עֲנִיִּים׃

חָנְנֵנִי יְהוָה רְאֵה עָנְיִי מִשֹּׂנְאָי מְרוֹמְמִי
מִשַּׁעֲרֵי־מָוֶת׃

לְמַעַן אֲסַפְּרָה כָּל־תְּהִלָּתֶיךָ בְּשַׁעֲרֵי
בַת

quod abſconderunt, captus eſt
pes eorum.

16. Cognitus eſt Dominus, quando judicia fecit: in opere manuum ſuorum illaqueatus eſt peccator: meditatio ſemper.

17. Convertantur improbi in ſepulchrum: omnes Gentes quae obliviſcuntur Deum.

18. Quoniam non in perpetuum oblivio erit egeni: expectatio pauperum non peribit in ſaeculum.

19. Exurge, Domine, non roboretur homo: judicentur Gentes in conſpectu tuo.

20. Pone, Domine timorem eis: ſciant Gentes quòd homines ſunt.

COMMENTARIUS.

PRaecentori *ſuper morte Labben.* Plerique interpretum opinantur Davidem hunc Pſalmum edidiſſe de ſuo hoſte mortuo, qui eſſet *ex* gentium Principibus. vexaſſetque Iſraelitas, quique vocatus fuerit Labben, poſt cujus mortem David hunc Pſalmum compoſuerit

בַּת צִיּוֹן אָגִילָה בִּישׁוּעָתֶךָ׃

טָבְעוּ גוֹיִם בְּשַׁחַת עָשׂוּ בְּרֶשֶׁת זוּ
טָמָנוּ נִלְכְּדָה רַגְלָם׃

נוֹדַע יְהוָה מִשְׁפָּט עָשָׂה בְּפֹעַל כַּפָּיו
נוֹקֵשׁ רָשָׁע הִגָּיוֹן סֶלָה׃

יָשׁוּבוּ רְשָׁעִים לִשְׁאוֹלָה כָּל־גּוֹיִם
שְׁכֵחֵי אֱלֹהִים׃

כִּי לֹא לָנֶצַח יִשָּׁכַח אֶבְיוֹן תִּקְוַת
עֲנִוִּים תֹּאבַד לָעַד׃

קוּמָה יְהוָה אַל־יָעֹז אֱנוֹשׁ יִשָּׁפְטוּ גוֹיִם
עַל־פָּנֶיךָ׃

שִׁיתָה יְהוָה מוֹרָה לָהֶם יֵדְעוּ גוֹיִם
אֱנוֹשׁ הֵמָּה סֶּלָה׃

למנצח עלמות לבן · אמרו רוב המפרשים
כי אמרו דוד על אחד מאויביו שמת שהיה.

rit. Quidam sunt qui existiment vocem Libben dici pro Nabal, per transpositionem, dicuntque Davidem hunc Psalmum edidisse quando mortuus est Nabel Carmelites; sed hoc alienissimum videtur, nam argumentum hujus Psalmi est de aliquo homine, qui mala multa Israëlitis intulerit: Nabal autem nulli Israelitarum quidquam mali intulit, nisi tantùm quia rebus suis avarè utebatur. Alii dicunt לבן *laben* idem esse ac si scriberetur cum litera י *jod* לבין *lavein*, ני ut denotetur Goliath, qui dictus est vir הבנים *habbenaim*, hoc est medietatum, quem
1. *Sam.* cùm interfecisset David, hunc Psalmum com-
17. 4. posuerit. Dominus autem pater meus, piæ memoriæ, scribit hunc quidem Psalmum de Golitah fuisse editum, dictionem tamen Lobben, de aliquo cantore videri explicandam, qui vocatus fuerit בן *ben*, quoniam scriptum est iu verbis dierum: *Et cum eis fratres eorum, in secun-*
1. *Paral.* *do ordine Zacharias & Ben Jahiel, &c.* Vox
15. 20. autem עלמות, *almout*, sic est explicanda ac si essent duæ dictiones in unam coalescentes, sicut unica voce reperitur illud עלמות שיר *aalomot schir*, pro על למות *aal aalomot*, super puellis canticum. Sic eiiam alibi duplex videtur esse dictio, & significatio est ut vocis unius, ut יפה פיה *jephe phia*, vitula pulcherrima Æ-
Jer. 46. gyptus. Et פקח קח *pechahh coahh* apertionem
20. vinctis, &c. Et licet litera ל *lamed* vocis לבן
Isa. 61. *Labben*, habeat *patahh* quod non solet fieri, cùm præponitur nomini proprio hominis, non enim diceres ליצחק *laiishac &c.* quoniam ה *he* notificationum non venit cum nomine substantivo; hîc tamen apponitur notificationis signum ad docendum: si enim legeretur ל *lamed* cum *scheva*, non notum esset eum loqui de cantore, cujus nomen erat בן *ben*. Nihilominus tamen rectus est sensus Psalmi, si de Goliath Philistæo exponatur.

מנסיכי הגוים ולחץ את ישראל ושמו לבן
וכתותו אמר דוד זה המזמור · ויש אומרים
כי לבן הפוך הוא נבל · ואמרו כי כשמת
נבל הכרמלי אמר דוד זה המזמור · והוא
רחוק מאד . כי ענין המזמור מדבר על
אדם שהרע לישראל · ונבל לא הרע לשום אדם
אלא שהיה כילי מממונו · ויש אומרין
כי לבן כמו ביוד והוא גלית שנקרא איש
הבינים · וכאשר הרגו דוד אמר זה המזמור
ואדוני אבי ז"ל כתב כי על גלית נאמר
זה המזמור · אבל הוא פירוש לבן למשורר
ד"ה א א שמו בן · שכתוב בדברי הימים ועמהם
אחיהם המשנים בן ויעזאל ושמו כנ"ו .
ופירוש עלמות שהוא שתי מלות כמו מלה
אחת מן עלמות שיר · וכמוהו שתי מלות
ועניינו מלה אחת שגלה יפיפיה · יפי
תלים מה פיה . פקח קוח · ואף על פי שנפתחה
למד לבן ולא כן המנהג על שם אדם ·
שלא תאמר ליצחק לידותון · סלה תהלה
על שם הענין הא הידיעה אף על פי כן בא
הידיעה להורות כי אם היה אומרו בשוא
לא היה ניכר כי על המשורר אמר ששמו
בן · אבל מקום ענין המזמור נכון הוא
לפרשו על גלית הפלשתי : אודה יהוה בכל

V. 1. *Celebrabo Dominum in toto corde meo.* Quoniam ſalus magna parta fuerat Davidi & toti populo Iſraël, mortuo Goliath, propterea dicit, in toto corde meo. *Narrabo omnia mirabilia tua.* Nam ob unum mirabile Deij opus, debet homo cætera enarrare mirabilia quæ priùs effecta fuerunt, juxta illud quod dicitur, *Me-*
Pſal. *moriam fecit mirablilium ſuorum.*
111.4. V. 2. *Lætabor & exultabo in te.* Speravi enim in te cùm venirem ut cum illo Goiiath, certamen inirem, quoniam ego adhuc tum eram puer, ipſe vero vir belli peritiſſimus. *Altiſſime.* Quoniam tu longè ſupra omnia exaltatus es, ita ut omnem hominis cujuslibet potentiam conterere & vanam efficere poſſis.

V. 3. *Cum converſi fuerint hoſtes mei retrorſum, corruent, &c.* Omnes enim Philiſtæorum copiæ fugerunt & actæ fuerunt retrorſum, ut ſcribitur: *Videntes autem Philiſtijm, quod mor-*
1. Sam. *tuus eſſet fortiſſimus eorum, fugerunt.*
17. 51. V. 4. *Quoniam feciſti judicium meum.* Tu pugnaſti pro me: magnum enim fuit miraculum, quod lapis penetraverit ad frontem ejus, qui totus erat ferro circumtectus, & tamen lapis eum invaſit locum qui in fronte ejus erat denudatus. *Sediſti in ſolio.* Nempe judicij, tu qui juſtiſſimus es Judex, ut tua contra eum judicia exerceres, eo quod probris affeciſſet acies Dei viventis: Litera autem ל *lamed* in voce לכסא
lechiſſe eſt loce ב *beth.* Ita etiam in iſtis locis
Lev. 26. 8. *ante conſpectum veſtrum* לחרב *lebhereb*, pro
בחרב *behhereb* in gladio. Et: *Occidi virum*
Gen. 4. 23. לפצעי *lephitſi*, pro ב *be* in vulnus meum.

V. 5. *Subuertiſti Gentes.* Verbum נער *gaar*, conſtructum cum alia dictione ſine præpoſitione
Pſal. 68. 31. ב *be*, ſubuerſionem denotat, ut hoc in loco, ſic & infra; *Subverte catum eorum qui utuntur*
Mal. 2. 3. *lanceis.* Et, *Ecce ego ſubverto in vobis ſemen.* Dicit

לבי כי תשועה גדולה היתה לדוד ולישראל
מות גלית ומפני זה אמר בכל לב : אספרה
כל נפלאותיך · כי על פלא אחד יספר אדם
הפלאים האחרים שעברו · כמו שכתב זכר
תלים קיא עשה לנפלאותיו : אשמחה ואעלוז בך כי
בך בטחתי בבואי למלחמה עמו ואני נער
והוא איש מלחמה : עליון · כי אתה
שמואל יז נעלית על הכל לשקר גבורת האדם : בשוב
אויבי אחור · כי כל מערכות פלשתים נסו
ושבו אחור · כמו שכתוב כי מת גבורם
וינסו : כי עשית משפטי · אתה נלחמת
בעבורי כי נס גדול היה שבאה האבן
במצחו והוא היה כולו לבוש ברזל ובאה
על מקום מגולה שהיה לו במצחו : ישבת
לכסא · ישבת בכסא המשפט אתה שאתה
שופט צדק לקחת משפטיך ממני שהיה מחרף
מערכות אלהים חיים : ולמד לכסא במקום
ויקרא כו בית · וכן למד לפניהם לחרב . כמו
ראשית ד בחרב · הרגתי לפלעי כמו בפלעי : גערת
גוים אבדת רשע · גערה הקשורה בלא בית
לשון השחתה · וכן גערת גוים · גער
תלים סח חית קנה · הנני גוער לכם את הזרע
מלכים ב ואמר גערת גוים הם הפלשתי' : אבדת
רשע . גלית הפלשתי : שמם מחית על

Dicit igitur, ſubuertiſti Gentes, hoc eſt, Phi-
liſtæos: *Perdidiſti impium*, nempe Goliath
Philiſtæum. Nomen eorum deleſti, hoc dicit de
illis qui in bello fuerant interempti, ſicut dici-
tur: *Et ceciderunt vulnerati ex Philiſtæis. In*
1. Sam. *ſæculum & in perpetuum*, dictio עד *aad* ſignat
17. 52. longè majus temporis ſpatium, quàm dictio
עולם *oolam:* Notatur vocali *patach*, quando non
eſt in fine verſus, & ſine accentu Atnahh ut
ואל לעד *veal laad*, *& ne in perpetuum rocorde-*
Eſai. 64. *ris iniquitatis.* Imo etiam cum accentu *Atnahh*
9. ut, Nonne cognoviſti hoc מניעד *minniaad*, à
ſæculo. At quando hæ duæ dictiones ſunt in
Job. 20. in fine verſus עד *eed*, habet vocalem ſegol.

V. 6. *O hoſtis, deſierunt vaſtitates tuæ.* Li-
tera ה *he* dictionis האויב *haoieb*, eſt *he* vocati-
Num. ui caſus index, ut in iſtis locis, הקהל *haccahal*:
15. 15. O cœtus unum præceptum erit vobis! Et הדור
Jer. 2. *haddor*, ô generatio! vos videte verbum Domi-
31. ni. Quia vero dixerat: *Nomen earum deleſti*,
dicit è contra: ô hoſtis, nomen tuum deletum
eſt! quaſi diceret, ſicut deletum eſt nomen ci-
vitatum quas in ſolitudinem redegiſti, quæ fi-
nem perpetuum acceperunt, peritque memoria
earum, ſic etiam nunc memoria tua omnino
peritura eſt. Dominus autem Pater meus P,
M. ſic voces illas תמו החרבות *tammou harauot*,
exponit: deſolationes, quas feciſti, non amplius
facies. Sapiens autem Aben Eſra F. M. ſic ex-
plicat. An quia penitus conſumpta ſunt ea quæ
devaſtaſti, & etiam urbes quas evertiſti, qua-
rum periit ipſa memoria, putas quod ſis evaſu-
rus, & oblitus es quod Deus permaneat in æ-
ternum? quod vero ſubjungitur: *Memoria ea-
rum ipſa*, ſic accipi debet, ut ſit tantùm gemi-
natio pronominis, cùm ם *mem*, unum vocis
זכרם *zicram* ſufficeret. Vel ſenſus erit ejuſmo-
di. Et ita periit memoria earum, ut qui *vide-*

rint

הנותי' במלחמה אמרו · שנאמר ויפלו חללי
פלשתי' : לעולם ועד · ענינם אורך שמואל א יז
הזמן יותר מעולם · ובלא סוף פסוק
הוא בפתח בלא אתנח כמו ואל לעד תזכור
עון ובאתנח הזאת ידעת מני עד · ובסוף איוב כ
פסוק לעולם ועד בסגול : האויב תמו ישעיה סד
חרבות ההא הא הקריאה · כמו הקהל חקה
אחת לכם הדור אתם ראו דבר ה' · לפי במדבר טו
שאמר שמם מחית אמר כנגר האויב שמך ירמיה ב
נמחה כמו שנמחה שם הערים אשר החרבת
שתמו לנצח ואבד זכרם כן אבד זכרך עתה ·
ואדוני אבי זכרונו לברכה פירש תמו חרבות
החרבות שהיית עושה לא תעשה עוד : והחכם
רבי אברהם בן עזרא זכרונו לברכה פירוש
בעבור שתמו החרבות שהחרבת וערים שנטשת
שאבד זכרם חשבת אתה כי תמלט ושכחת
כי ה' לעולם ישב · ופירוש זכרם המה
כפל הכנוי כי היה די במם זכרם · או
פירושו אבד זכרם עד שיאמרו הרואי' לא
המה אלה הערים שהיו בגויים ולזה הפירוש
יהיה פירוש המה בתמיה : ויהוה לעולם
ישב · אלה ואלה יאבדו וה' לעולם ישב
ושופט אלה ואלה · וזהו שאמר כונן למשפט תלים קלב
כסאו · כמו שאמר המה יאבדו ואתה

rint ruinas, dicturi sint, non amplius sunt ipsæ, sed quod fuerint ibi civitates quondam ædificatæ. Et secundùm hanc expositionem, vox המה *hemma*, erit cum admiratione legenda.

V. 7. *Et Dominus in æternum permanet.* Illi & isti peribunt, at Dominus permanet in æternum & hos & illos judicat; & hoc est quod subjungitur: *Paravit ad judicium thronum suum*; sicut etiam alibi dicitur: *ipsi peribunt, tu autem permanebis.* Verbum illud ישב *iaschau*, durationem & firmam subsistentiam significat, ut infra, Dominus supra diluvium sedit.

Psal. 102. 13.

V. 8. *Et ipse judicabit orbem terræ in justitia.* Vox תבל *thebuel*, terras significat hominum habitationi commodas; dicit igitur, sicut judicabit judicia justitiæ, sic ipse judicat in omni tempore populos in justitia & rectitudine; cumque populus unus adversùs alium prævalet, hoc totum est judicium ab illo præstitutum.

V. 9. *Et factus est propugnaculum pauperi.* Omni tempore quo ipse judicat mundum, est propugnaculum pauperis, tametsi abjectus sit sine robore & sine potentia, non tamen eum deserit nec fortioribus illo permittit, sed ipse est propugnaculi instar, ad quod confugit afflictus & liberatur, quemadmodum eripitur homo ab hostibus in arce aliqua munitissima: sicut etiam hodie Israëlitæ liberantur per illum, estque ipsis instar fortissimæ turris & asyli eo tempore quo versantur in angustia. Ea etiam tempestate magna calamitate premebantur Israelitæ propter Philistæum illum, ipsisque longè fortiores erant Philistæi, sicut dicitur de Rege Saule: *Quia respexi populum meum, clamor enim eorum venit ad me.*

1 Sam. 9. 16.

V. 10. *Et sperent in te qui noverunt nomen tuum.* Æquissimum est ut sperent in te omnes qui noverunt nomen tuum inter Israelitas, quoniam

תעמוד · ועניין ישב הוא עניין העמידה וקיום · וכן ה' למבול ישב : והוא ישפוט תבל · תבל הוא ארצות היישוב · אמר כמו שישפוט משפטי בצדק כן הוא שופט בכל עת ובכל זמן האומות בצדק ובמשרים ובשתגבר אומה על אומה הכל הוא משפט מאתו : ויהי יהוה משגב לדך · בכל עת כשהוא שופט העולם הוא משגב לעני אף על פי שהוא שפל בלא כח ובלא יכולת לא יניחנו לחוקים ממנו אלא הוא לו למשגב וישגב העני בו כמו שישגב אדם במגדל עז כמו שנשגבו בו ישראל היום והוא להם למגדל עז ומשגב לעתות שהם בצרה · כי ישראל עתם בצרה גדולה מפני · זה הפלשתי ופלשתים שהיו מתגברים עליהם כמו שאמר בתלך שאול כי באה צעקתו אלי · ויבטחו בך · דין הוא שיבטחו בך יודעי שמך בישראל היום כי ראו כי לא עזבת דורשיך ה' · אלא היית עמם בעת צרתם :

זמרו ליהוה יושב ציון · אמר יושב ציון ואע"פי שהיה מדיין ציון ביד היבוסי · היתה קבלה אצלם כי שם ישכון הכבוד ושם יבנה בית המקדש · וציון הוא ראש ירושלים : הגידו בעמים בכל מקו'

תלים קב

שמואל א ט

niam viderunt te non deseruisse eos qui quærunt te: Domine, sed eis adfuisse in tempore calamitatis eorum.

V. 11. *Psallite Domino qui habitat in Sion.* Dicit ei qui habitat in Sion, licet Sion adhuc tum esset in potestate Jebusæorum, quia traditio erat apud eos, ibi habitaturam aliquando Dei gloriam, * ibique ædificandam Domum sanctuarii, erat enim Sion caput Jerusalem: *Annuntiate inter gentes opera ejus.* In quemcumque locum iveritis, annuntiate opera & mirabilia ejus quæ fecit vobiscum.

V. 12. *Quoniam requirens sanguines.* Deus qui inquirit in sanguines miserorum de manu opprimentium eos, eorum sanguinum recordatus est, quos Philistæi effuderant in Israele. *Non est oblitus clamorem pauperum.* Dictio עניים *aanim*, scribitur cum י *jod*, & legi debet cum ו *vau*, ענוים *anavim*. Humiles enim sunt ut plurimùm similes pauperibus & infirmis.

V. 13. *Miserere mei Domine.* Vocalis *patah* sub litera ח *hhet*, vocis חנני *hanneni* ostendit ipsam esse conjugationis dagessatæ, licet habeat secundam radicalem, *lenem*, seu absque dages; quomodo etiam legitur hæc dictio בהתחננו *behithhunenu*, dum deprecaretur nos. *Vide afflictionem meam ab inimicis meis.* Mihi illatam sicut vidisti ab isto hoste nempe Go-
Gen. 24. 21. liath. *Qui exaltas me de portis mortis.* Omnes enim arbitrabantur me casurum esse manu Goliath. Per portas mortis, imminens mortis periculum significatur; sicut janua domui est proxima.

V. 14. *Ut annuntiem omnes laudes tuas.* Cum semel fuero liberatus ab iis qui me odio prosequuntur, narrabo omnes laudes tuas in portis filiæ Sion, ibi enim locus erit confessionis, & desti-

* *Per gloriam Dei intelligi potest Arca foe-*

מקום שהלכו הגידו העלילות והנפלאות
שעשה עמכם : כי דורש דמים . האל
שהוא דורש דמי העניים מיד עושקיהם
זכר אותם דמים ששפכו פלשתים בישראל :
לא שכח צעקת ענוים . כתיב ביו"ד וקרי
בו"ו כי הענוים הם כמו העניים והחלשים
ברוב : חננני יהוה . פתחות החי"ת יורה
ראשי'מב עליו שהוא מן הדגוש ונרפה כמו בהתחננו
אלינו : ראה עניי משונאי . כמו שראית
מזה השונא . והוא גלית : מרוממי משערי
מות . כי הכל היו חושבים שאפול ביד
גלית . ושערי מות הוא קרוב למיתה כמו
השער לבית : למען אספרה . כשאגדל
משונאי אספרה כל תהלתך בשערי בת ציון .
כי שם תהיה ההודאה והשירים והזמירות
יאמרו שם . כי שם ישכון הכבוד : אגילה
בישועתך . בישועה שתעשה עמי מכל שונא
ושונא שהיה לי . ואמר בשערי כמו השערה אל
הזקנים : ומלת תהלתיך כתיב ביו"ד כי
רובה

deris, ex 1. Sam. 4. vel Dei præsentia quæ ibi apparebat : diciturque Hebræis שכינה *ſchechina.*

stinatus canticis & Psalmis decantandis, quoniam mansura ibi erat gloria Dei. *Exultem in salute tua.* Hoc est in salute quam mihi afferes dum me liberabis ab omnibus qui me odio prosequuntur: dicit vero, in portis, quod ita intelligendum est ac illud: *ad portam ad seniores urbis.* Dictio autem תהלתיך *thebillateca*, scribitur cum י *jod*: significare enim voluit multas laudes; & in hac voce deest signum plural. num. gener. fœmin. & scribitur cum sola nota plural. numeri. masc. gener. Eodem modo scriptæ sunt voces istæ: laborasti in multitudine עצתיך *aatsoeteca*, consiliorum tuorum; Et ואחתיך *vaahoteca*, & sorores tuæ Sodoma, & sorores ejus. Quod vero dicat hoc loco, *ut enarrem omnes laudes tuas*, cum in alio dixerit: *Quis loquetur potentias Domini*, sic debet intelligi, ut dicat, enarrabo omnes laudes tuas, loquens de angustiis quibus affectus fuerat; tum enim laudem acr gatiarum actiones Deo rependit, qui eum ab hostibus eruit; cum vero enarrare incipit miranda opera quæ Deus ob Israelitas patravit per singulas generationes, tum dicit, quis auditam faciet vocem laudis ejus, utens solo singulari numero. Imo nequidem ea miracula, quæ Deus benedictus ex sua misericordi bonitate in ipsum exhibuit, valet enarrare, ut ipsemet profitetur: *Annuntiabo, inquit, & loquar, multiplicata sunt super numerum.* Contingit enim aliquando ut Deus bened. hominis alicujus gratia miraculum faciat, quod tamen ipse non agnoscat ante tempus quo illud attente recogitat; hinc dixerunt Magistri nostri P.M. Is cujus gratia fit miraculum non agnoscit illud. Cum igitur dicit David, omnes laudes tuas, de illis miris operibus loquitur, quæ Deus cum ipso fecerat, quæque nota erant omnibus, ut pote patrata in bellis quae contra hostes gesta fuerant.

Deut. 22. 15. Esa. 47. Ezech. 16. 46. Psal. 106. 2. Psal. 40. 6.

V. 15. *Demersa sunt Gentes in foveam quam fecerunt.*

דברים כב רוצה לומר תהילות רבות ונגרע וממנו סימן
ריבוי הנקבות ובא בסימן ריבוי הזכרים
לבד · ובמוזו גלאית כרוב פצתיך ·
ישעיה מז ואחותיך סדום ובנותיה . ובאמרו כל
יחזק' יו תהלתך ובמקום אחר אומר מי ימלל גבורות
ה' · דוד אמר אספרה כל תהלתיך על
תלים קי הצרות שעברו עליו · נתן שבח והודאה
לאל שהצילו מהאויבים · ובאשר בא לספר
הנסים שעשה על ישראל בכל דור ודור
אמר מי ישמיע קול תהילתו עם היחיד
לבדו . והנה שעשה הקב"ה עמו מטובת
החסדים לא יוכל לספר · כמו שאמר אגידה
ואדברה עצמו מספר · כי פעמים יעשה
תלים מ האל יתברך נס עם האדם ולא ידע עד
זמן שיתבונן בו · וכן אמרו רבותינו זכרונם
לברכה אין בעל נס מכיר את נסו · ובאשר
אמר דוד בל תהלהיך אמר על הנסים
שעשה עמו הגלויים והידועים לכל במלחמת
האויבים : סבבו גוים כשחת עשו ·
פלשתים שבאו להלחם עלינו חשבו להפילנו
ושם נפלו · וברשת אשר טמנו ללכדנו

ללבדה

fecerunt. Philistaei scilicet, qui venerant pugnaturi contra nos, cogitaverant fore ut nos prosternerent, at ipsi tamen corruerunt, & in reti, quod absconderant ut nos caperent, comprehensus est pes eorum. Et pronomen זו *zou* hic idem significat, ac אשר *ascher* : ut in isto etiam loco, eo quod peccavimus in eum, vel simpliciter exponi pos-
Esai. 42. 24. sunt eodem sensu quo pronomen זה *ze*.

V. 16. *Cognitus est Dominus quando judicia fecit* Tunc in bello agnitus est Dominus, quoniam devicerunt Israelitae Philistaeos, licet ipsorum robur & potentia essent exigua, collata cum viribus hostium: nec vero eos unquam debellare potuissent, nisi Deus pro Israele decertasset. *Judicia fecit.* Nempe in Philistaeos. *In opere manuum suarum illaqueatus est peccator.* Ipse est Goliath, qui proprio gladio fuit occisus. Et dictio *nokesch* habet quidem *tsere*, sed perinde est ac si haberet *patahh*; estque conjugationis niphal. Potest etiam ita explicari, ut *nun* sit radicale, & verbum neutrum ejusdem significationis cum illo: *Et laqueos tenaunt qui quaerunt animam*
Psal. 38. 13. *meam*; quia יקש *jaquasch*, *&* נקש *naquasch* ejusdem sunt significationis. *Meditatio semper.* Salus ista nobis est perpetua meditationis & gratiarum actionis materia.

V. 17. *Convertantur improbi in infernum.* Hoc est in sepulchrum; dicit vero, revertantur,
Gen. 3. 19. juxta illud: *Et in pulverem reverteris.* Porro illud, convertantur, dictum est per modum orationis, ac si diceret, sicut mortui sunt isti hostes Israelitarum, sic moriantur omnes qui obliviscuntur Deum. Caeterum in Deras, illud לשאולה *lischeola*, de inferno, seu *gehenna* intelligitur, ubi ita de verbo isto disserunt: quare dixit David לשאולה *lischeola* ? nonne litera ה *he* in fine dictionis semper idem valet quod ל *lamed* in principio ejusdem? quare ergo dixit לשאולה cum ל *lamed*

נלכדה רגלם · ופירוש זו כמו אשר · וכן
זו חטאנו לו · ויש לפרש כהשמעם כמו ישעיה מב
זה : נודע יהוה משפט עשה . עתה נודע
ה' במלחמה זו כי נלחום ישראל במעט כח
ויכולת ססים להם כנגדם ולא היו יכולין
לנכח אותם אם לא ה' שנלחם לישראל :
משפט עשה : בפלשתים : בפועל כפיו
נוקש רשע · זה גלית · כי בחרבו
נהרג · ומלת נוקש בצרי כמו בפתח והוא
מבניין נפעל מעניין מוקשים · ויש לפרש
הכון שורש והוא פועל עומד מעניין וינקשו
מבקשי נפשי · ונוקש וינקש עניין אחר : תלים לח
הגיון סלה . התשועה הזאת היא לנו
הגיון והודאה : ישובו רשעים לשאולה ·
ישובו רשעים לקבר · ואמר ישובו כמו ואל בראשית ג
עפר תשוב וישובו הוא דרך תפלה · כלומר
כמו שמתו אלו שונאי ישראל כן ימותו כולם
שהם שכחי אלהים · ובדרש לשאולה הוא
גהינם · ואמרו למה אמר לשאולה והלא
כל הא בסוף התיבה היא למד בתחלתה למה
אמר לשאולה בלמד לומר שירדו לביאטי

med ab initio etiam? Nempe ad innuendum homines ejusmodi descensuros esse ad infimam partem, aut in imos gradus inferni.

V. 18. *Quoniam non in perpetuum oblivioni erit pauper.* Si in calamitatibus versantur Israelitae per Philistaeos, hoc non longo durabit tempore, nam expectatio pauperum non peribit in perpetuum. Hic particnla לא *lo*. non, posita in prima parte versus, est pro duabus; hic enim mos est linguae sanctae in multis locis. Nox etiam ענוים *ananim*, scribitur quidem cum *vau*, at legi debet cum י *jod* עניים *aniim*, quae duae dictiones vicinae sunt, fit enim saepius ut pauperes sint humiles.

V. 19. *Exurge Domine, non roboretur homo.* Dictio קומה *quouma*, habet accentum in ultima, dicitque hic: exurge, sicut alibi dixit, exaltare; quae omnia figuratè sunt dicta, ut nimirum Deus exurgat ad judicandos improbos. *Non roboretur homo.* Illi nempe homines quibus robur est & potentia supra Israelitas, non majus robur accipiant. *Judicentur Gentes in conspectu tuo.* Hic על פניך *aal paneca*, significat idem ac לפניך *lepaneca*, coram te: quo etiam modo accipitur in illo loco; *non habebis Deos alienos* על פני *aal panai, coram me.*

Exod. 20. 3.

V. 20. *Pone, Domine, timorem eis.* Vox שיתה *schita* accentum habet in ultima; & dictio מורה *mora* habet ה *he* pro א *aleph.* Dicit porro David *Deo*, ut efficiat ut ipsum metuant & agnoscant se esse tantummodo homines miseros ac imbecilles, nihilque prorsus habere roboris, si cum *Deo* comparentur, nam significatio vocis אנוש *enosch* desumenda videtur ex illo loco; quid clamas super contritione tua; insanabilis est dolor tuus;

Jer. 30. 12.

PSAL.

אל למדרגה התחתונה של שאול . כי לא לנצח · אם יעמדו בצרה ישראל מפלשתים לא יהיה זה לאורך זמן : ולא תקות ענוים תאבד לעד · לא שזכר עומד במקום שנים · וכן מנהג הלשון בהרבה מקומות · ענוים כתיב בוי"ו וקרי עניים ביו"ד וקרוב הוא · כי העניים ענוים ברוב : קומה יהוה אל יעוז אנוש · קומה מלרע · ואמר קומה כמו שאמר הנשא · והכל דרך משל שיקום לשפוט הרשעים : אל יעוז אנוש · בני אדם שיש להם עוז וגבורה על ישראל אל יעוזו עוד : ישפטו גוים על פניך · כמו לפניך · וכן אלהים אחרים על

שמות כ פני : שיתה יהוה מורה להם · שיתה מלרע · מורה · כהא כמו באלף · אומר שיעשה להם שייראוהו וידעו כי הם אנוש שהם אנושים ואין בהם כח כנגד האל : כי אנוש כנזר

תהלים ל מענין אנוש להכרך :

PSALMUS DECIMUS

1. QUare, Domine ſtas in longinquo? abſcondis te ad tempora in anguſtia.

2. In ſuberpia improbus perſequitur pauperem; comprehendantur in conſiliis quae cogitant.

3. Quoniam laudat ſe peccator ſuper deſiderio animae ſuae: et avaro benedicit et exacerbat Dominum.

4. Peccator prae elatione faciei ſuae non quaerit: non Deus, omnes cogitationes ejus.

5. Dolore afficiunt viae illius in omni tempore: altitudo ſunt tua judicia à facie ejus, omnes hoſtes ſuos ſufflat.

6. Dixit enim in corde ſuo, non movebor à generatione in generationem, qui ſum ſine malo.

7. Execratione os ſuum implevit

לָמָה יְהוָה תַּעֲמֹד בְּרָחוֹק
תַּעְלִים לְעִתּוֹת בַּצָּרָה :
בְּגַאֲוַת רָשָׁע יִדְלַק עָנִי
יִתָּפְשׂוּ בִּמְזִמּוֹת זוּ חָשָׁבוּ :
כִּי־הִלֵּל רָשָׁע עַל־תַּאֲוַת נַפְשׁוֹ וּבֹצֵעַ
בֵּרֵךְ נִאֵץ יְהוָה:
רָשָׁע כְּגוֹבַהּ אַפּוֹ בַּל־יִדְרוֹשׁ אֵין
אֱלֹהִים כָּל־מְזִמּוֹתָיו:
יָחִילוּ דְרָכָיו בְּכָל־עֵת מָרוֹם מִשְׁפָּטֶיךָ
מִנֶּגְדּוֹ כָּל־צוֹרְרָיו יָפִיחַ בָּהֶם:
אָמַר בְּלִבּוֹ בַּל אֶמּוֹט לְדֹר וָדֹר אֲשֶׁר
לֹא בְרָע :
אָלָה פִּיהוּ מָלֵא וּמִרְמוֹת וָתֹךְ תַּחַת
לְשׁוֹנוֹ עָמָל וָאָוֶן :
יֵשֵׁב בְּמַאְרַב חֲצֵרִים בְּמִסְתָּרִים

vit et fraudibus et dolo: sub lingua ejus labor et iniquitas.

8. Sedet in insidiis villarum, in occultis interficit innocentem: oculi ejus in pauperem clam respiciunt.

9. Insidiatur in abscondito quasi leo in tugurio suo: insidiatur, ut rapiat pauperem, rapit pauperem dum attrahit eum in rete suum.

10. Deprimit se, inclinat se, et cadit in vires ejus turba pauperum.

11. Dixit enim in corde suo, obliviscitur Deus: avertit faciem suam ne videat in perpetuum.

12. Exurge, Domine, eleva manum tuam: ne obliviscaris pauperum.

13. Propter quid irritat improbus Deum? dicit in corde suo, quod non requires.

14. Vides, quippe tu laborem et dolorem consideras, ut tradas in manus tuas; tibi derelinquet

se

יַהֲרוֹג נָקִי עֵינָיו לְחֵלְכָה יִצְפֹּנוּ :

יֶאֱרוֹב בַּמִּסְתָּר כְּאַרְיֵה בְסֻכֹּה יֶאֱרֹב
לַחֲטוֹף עָנִי יַחְטֹף עָנִי בְּמָשְׁכוֹ
בְרִשְׁתּוֹ יִדְכֶּה יָשׁוֹחַ וְנָפַל בַּעֲצוּמָיו
חֵלְכָּאִים :

אָמַר בְּלִבּוֹ שָׁכַח אֵל הִסְתִּיר פָּנָיו בַּל
רָאָה לָנֶצַח :

קוּמָה יְהוָה אֵל נְשָׂא יָדֶךָ אַל־תִּשְׁכַּח
עֲנָוִים :

עַל־מֶה נִאֵץ רָשָׁע אֱלֹהִים אָמַר בְּלִבּוֹ
לֹא תִדְרֹשׁ :

רָאִתָה כִּי־אַתָּה עָמָל וָכַעַס תַּבִּיט
לָתֵת בְּיָדֶךָ עָלֶיךָ יַעֲזֹב חֵלֶכָה יָתוֹם
אַתָּה הָיִיתָ עוֹזֵר :

שְׁבֹר

se pauper, orphano tu fuisti adjutor.

15. Contere brachium improbi et maligni: quaere peccatum ejus, non invenies.

16. Dominus Rex in saeculum et in aeternum: perierunt Gentes de terra illius.

17. Desiderium humilium exaudis, Domine: praeparas cor eorum, audit auris tua.

18. Ut judices pupillo et humili: non ut addat ultra grassari superbè homo de terra.

COMMENTARIUS.

V. 1. *QUare, Domine, stas in longinquo?* Psalmum hunc non edidit David de re aliqua peculiari, sed ut esset oratio quam orare posset homo quilibet constitutus in calamitate & ab hostibus impetitus: narratque in eo mores & agendi rationes improbi opprimentis pauperem, eum maxime qui sese non valet ab eo liberare; Et quoniam vis & injuria non palam & aperte ut plurimum infertur, describit calumniam qua improbus clam & per insidias pauperem opprimit: quo injuriae genere populi hujus mundi affecturi erant Israëlitas, in terris ipsorum exulan-

שְׁבֹר זְרוֹעַ רָשָׁע וָרָע תִּדְרוֹשׁ רִשְׁעוֹ
בַל תִּמְצָא׃
יְהוָה מֶלֶךְ עוֹלָם וָעֶד אָבְדוּ גוֹיִם
מֵאַרְצוֹ׃
תַּאֲוַת עֲנָוִים שָׁמַעְתָּ יְהוָה תָּכִין לִבָּם
תַּקְשִׁיב אָזְנֶךָ׃
לִשְׁפֹּט יָתוֹם וָדָךְ בַּל יוֹסִיף עוֹד לַעֲרֹץ
אֱנוֹשׁ מִן הָאָרֶץ׃

למה יהוה תעמוד המזמור הזה לא אמרו דוד על ענין אחד מיוחד אלא תפלה הוא שיתפלל בה כל אדם שהוא בצרה עם אויביו וספר בו דרכי הרשע בעשקו העני ואשר אין לו כח להנצל ממנו׃ לפי שברוב לא יעשה העושק בפרהסיא ספר עסק הרשע שיעשוק העני במארב ובמסתר ואין לו דרך להשמר ממנו אלא אל ה' עיניו וספר הרשע ביחיד והרבים כי הראש הוא אחד ועוזריו הם רבים וכלל בו גם כן העושק שעתידין אומות העולם לעשוק ישראל בארצם׃ לפיכך אמר אבדו גוים מארצו׃

ואמר

lantes: quapropter dicit: Perierunt *Gentes de terra illius.* Item addit & illud, ut non apponat amplius grassari homo de terra. Dicit igitur: *Quare Domine stas in longinquo?* Cum enim à Deo obvenit auxilium pauperi ad ipsum clamanti, perinde est ac si ad eum Deus accederet & opem ferret, sicut dicitur: *Quæ habeat*
Deut. 4. *Deos appropinquantes sibi.* Cum vero hostis in eum prævalet, perinde est ac si Deus procul inde staret, & suos oculos ab afflicto absconderet; ideo dicit, quare Domine stas in longinquo; litera ב *beth* ante vocem רחוק *rahhoq* posita est pro duabus. Vult enim dicere, in loco remoto. *Abscondis te ad tempora in angustia.* Hoc est, iis temporibus quibus pauper in angustia versatur.

V. 2. *In superbia improbus persequitur pauperem.* Hic dicitur quod fit palam, cum scilicet improbus apertè & cum superbia miserum persequitur. *Comprehendantur.* Oratio est hunc habens sensum; fiat ex decreto divinæ voluntatis tuæ: ut comprehendantur improbi in cogitationibus quibus ipsi cogitaverunt opprimere pauperes. Et pronomen זו *zou* idem significat hic, ac אשר *ascher*, sicut etiam accipitur isto in loco:
Esa. 42. *Dominum ipsi* זו, *zou*, *cui peccavimus.*

V. 3. *Quoniam laudat se peccator super desiderio animæ suæ.* Eo quod laudat seipsum de concupiscentia cordis sui cui planè satisfacit, cum nemo sit qui eum ab hoc impedire possit, ostende tu ipsi quod sit aliquis longê eo superior, & capiatur in eo quod destinavit exequi. *Et avarum benedicit, & exacerbat Dominum.* Improbus benedicit & laudat avarum & eum omnem qui suos mores imitatur, & graviter Deum exacerbat, quasi de illo diceret, non esse potent iam in manu illius quâ liberet oppressum ê manibus suis; aut quasi providam ejus curam non habet, juxta

ואמר לערוץ אנוש מן הארץ · אמר למה ה'
תעמוד ברחוק כי כשתבוא השוד מאתו
לפני ולצועק כאילו הוא קרוב אליו ועונה
כמו שאמר אשר לו אלהים קרובים אליו · דברים ד
וכשהאויב מתגבר כאילו האל ברחוק ומעלים
עיניו מן העני · לפיכך אמר למה ה'
תעמוד ברחוק · וי"ת ברחוק עומד במקום
שנים · רוצה לומר במקום רחוק : תעלים
לעתות בצרה · לעתות שהעני בצרה :
בגאות רשע · זהו בפרהסיא שירדוף אותו
בגאותו : יתפשו · הוא תפלה · יהי
רצון מלפניך שיתפשו הרשעים במזימות
שחשבו לתפוש העניים ופירוש זו כמו אשר
וכן זו חטאנו לו : כי הלל רשע · לפי
שהוא מהלל עצמו על תאות נפשו שעושה
ואין מונע ממנו תראה לו אתה שיש גבוה
עליו ויתפש במה שחשב לעשות : ובוצע
ברך נאץ ה' · הרשע מברך ומשבח
הבוצע ומי שאוחז דרכו ומנאץ האל · כלומר
שאין יכולת בידו להציל העושק מידו · או
שאין משגיח עליו : כמו שאמר אמר בלבו ישעיה מב
לא תדרוש · רשע כגובה אפו · גובה

juxta illud quod mox sequitur: *Dixit in corde suo, non requires.*

V. 4. *Improbus præ altitudine faciei suae.* Superbia cordis apparet in facie, denotatur enim hic facies per vocem אף *aph*, quæ nasum significat, eo quod nasus pars elatior cæteris in facie emineat: sic usurpatur eadem vox in istis locis. Et cecidit super לאפיו *leappau* nasum suum, hoc est, על פניו *aal panau*, naso in terram, quod faciem suam; item: Et incurvatus
1.*Sam.* 20. est אפים *appaim*, naso in terram, quod idem est ac על פנים *aal panim* super faciem. *Non*
Gen. 9. *requiret.* Præ elatione & superbia sua non requiret Deum, nec orabit in conspectu ejus. *Non Deus, omnes cogitationes ejus.* Omnes improbi cogitationis & opinationes de eo sunt, nempe quod non sit Deus, qui in terris humana judicet, ac proinde licitum esse homini impunè facere quidquid libuerit, cum nemo sit qui in res humanas inquirat aut earum rationem exigat, quoniam, inquit, non requiret Deus.

V. 5. *Dolore afficiunt viæ ejus.* Dictio יחילו *jahilou*, hic dolorem significat, juxta illud: *Do-*
Psal. 48. 7. *lor quasi parturientis*: dicit igitur pravas impii vias omni tempore pauperes dolore afficere, quia quamdiu ille in mundo est, hi ab ipso sibi timent. *Altitudo sunt judicia tua à facie ejus.* Quoniam ipsum non attingunt: ac idcirco superbè insolescit. *Omnes inimicos suos exsufflat.* Inimici ejus sunt pauperes & miseri, quos exsibilat, hoc est, non pluris ab eo æstimantur quàm oris halitus. *Vel* dictio יפיח *japiah* habet significationem פח *pah* retis & laquei, quasi
Prov. 29. 8. diceret laqueum disponet ad eos capiendos sicut dicitur illic; *Viri derisores illaqueabunt civitatem.*

V. 6. *Dicit in corde suo, non movebor.* Apud seipsum cogitat ita de seipso, non movebor in

æter-

לב מתראה בפנים והפנים מכוונים באף
לפי שהוא גבוה על הפנים · כמו ויפול
לאפיו כמו על פניו וישתחו אפים ארצה · שמואל א כ / ראשית ט
כמו על הפנים : בל ידרוש · מפני
גבהותו וגאותו לא ידרוש אלהים · ולא
יתפלל לפניו : אין אלהים כל מזימותיו ·
כל מזימות הרשע ומחשבותיו · כי אין
אלהים שופטים בארץ וכל מה שירצה האדם
לעשות יעשה · כי אין דורש ואין מבקש ·
לפיכך לא ידרוש אלהים · יחילו דרכיו ·
מענין חיל כיולדה · אמר כי דרכי הרשע תלים מח
הרעים יחילו העניים בכל עת כי כל זמן
שהוא בעולם יפחדו ממנו : מרום משפטיך
מנגדו · שלא יגעו בו לפיכך הוא מתגאה :
כל צורריו יפיח בהם · צורריו הם העניים
יפיח בהם · כמו נפיחת הפה הם לפניו :
או הוא מענין פח ומוקש · כלומר שישים
בהם פח ללכדם · וכן יפיחו קריה : משלי כט
אמר בלבו בל אמוט · חושב בלבו בל
אמוט לעולם · לא אמוט מגדולתי לדור
ודור : לדור ודור אשר לא ברע · אחיה
כי לא אהיה ולא אראה ברע לפיכך אחיה
זמן רב : אלה פיהו מלא · כן דרך
הרשע בשירצה לרמות אחרים ישבע להם
בכה

æternum ; non exturbabor ab hac magnitudine mea in generationem & generationem. *Qui sum sine malo.* In generationem & generationem vivam, nec enim versabor unquam in malo, nihilque adversi experiar, ideoque longissimo tempore vivam.

V. 7. Juramentis os suum implet. Is enim mos est improbi, cum vult alios decipere, ut juret eis pleno ore, ut sic existimetur tota animi sui intentione jurare: omnia tamen ejus juramenta nihil aliud sunt quàm fraudes & dolus. Dictio vero תוך *toc*, eandem hic significationem habet ac vox מרמה *mirma*, dolus, indeque dolus ita dicitur, quod homo fraudulentus aliud habeat in medio cordis sui. quàm quod ore suo demonstrat. *Et sub lingua ejus labor & injustitia* Cumque lingua sua jurat, sub eadem labor & iniquitas delitescunt; cor autem sub lingua est, quod est absconditum & diversum ab eo quod per linguam fit manifestum, juxta illud: *Et injuria sub lingua ejus*, quod & ipsum de corde dicitur. Cæterum vocadulum מלא, *male*, non est nomen adiectiuum, sed verbum, ut in
Exod. 40. 34. isto loco: *Et gloria Domini* מלא, *male*, *adimplevit tabernaculum.* Hic ergo dicitur quod improbus os suum juramentis impleat, ut fides illi ab aliis adhibeatur eosque facilius decipipiat.

V. 8. *Sedet in insidijs villarum.* Vox חצרים *hhatserim* significat urbes sine muris, sive pagos, juxta vias positos, juxta illud: *Asdot cum castel-*
Jos. 15. *lis & villis suis.* Item, *pagi in quibus habitat*
Es 42. *Cedar.* Ita etiam: *Instar urbium absque muro*
Zach. 2. 4. *habitabitur Jerusalem.* *In occultis interficit innocentem.* Ut plurimum enim improbus mala sua opera non palam facit, sed in insidijs consistit ac in latibulis, eo quod cavet sibi ne videatur ab hominibus, non vero curat Deum omnia intuentem. *Oculi ejus in pauperem ex occulto respiciunt.* Dictio חלכה *helca* idem prorsus valet ac חלך

helec

בפה מלא מרמה כי בכל כונתו נשבע ·
וגם מרמות ותוך · ותוך הוא כמו מרמה ·
לפי שבתוך לבו מה שאין מראה בפיו :
ותחת לשונו עמל ואון · כשישבע בלשונו
תחת לשונו יש עמל ואון · ובלב הוא
תחת שלשון שהוא כסתר מהנגלה בלשון ·
וכן וחמס תחת לשונו הוא אומר על הלב
ומלא אינו תואר אלא פועל · כמו וכבוד
ה' מלא את המשכן · אמר שהוא ממלא
שמות מ פיו באלה כדי שיאמין אדם בו ומשקר בו :
ישב במארב חצרים · חצרים הם ערי
הפרזות שהם על הדרכים כמו בנותיה
יהושע יט וחצריה : חצרים תשב קדר : על דרך
ישעי' מב פרזות תשב ירושלם : במסתרים יהרג
זכריה ב נקי · כי ברוב הפעמים הרשע לא יעשה מעשה
הרע בפרהסיא אלא ישב במארב ובמסתרים
שישמור מבני אדם שלא יראוהו ולא ישמור
מהאל הרואה כל : עיניו לחלכה יצפונו
· כמו חלך והה"א נוספת · ופירוש לעני :
אומר שעיני הרשע יצפנו לחלכו · ויצפנו פועל עומד ·
כלומר ישים עיניו במקום צפון ומשם יביט הדרכים ;
יארב במסתר כאריה · המשילו לאריה שהוא עומד בסוכתו
ויארוב לחטוף אשר יעבור עליו גם קרוב

לו כדי שלא ישמרו ממנו ויברחו מפניו כשיראוהו. וכשיראה הטרף יחטוף והחטיפה היא הלקיחה במהרה. כי׳ הרשע ישב במארב במסתר ואחר כן המשילו לאייר שיפרוש רשתו ויעמד רחוק מרשתו כדי שלא ישמור העוף ממנו וחבלי הרשת בידו וכשיפול העוף ברשת ימשך הרשת בחבלים שבידו והעוף נתפש כן דרך הרשע פעמים לא יהיה במארב אלא יעמוד רחוק מן הדרכים כדי שלא ישמרו בני אדם ממנו וכשיראה בני עניים וחלושים ממנו בדרכים ירוץ אליהם או יעמיד מבני חבורתו בדרכים בלא כלי זיין והוא עם המזויינים מרחוק וכשיעברו בני אדם החלושים יעשו אילו להם סימן והם באים והם להם כמו הרשת לאייד ועוד ספר דרך אחרת שעושה הרשע והוא מה שאמר ידכה ישוח: ידכה ישוח וכפל כתיב בוי"ו וקרי ביו"ד וסוי"ו וסיו"ד מתחלפין אמר כי עוד בענין אחר הוא דרך הרשע לתפוש העניים יעשה עצמו דכה ושח הוא וחבורתו יעשו עצמם חולים ומדוכאים כדי שלא ישמרו בני אדם מהם ויבאו עמהם בחבורה בדרך וכשהם רחוקים מן הישוב מראים

bet cum י *jod*; duæ enim hæ literæ sunt permutabiles. Dicit igitur aliam esse adhuc artem quam adhibet improbus qua pauperes capiat, nempe attritum se & depressum simulat, & socii ejus infirmos se & viribus confractos exhibent, ut minus caute cum illis agant homines, sed una cum illis itineri se committant, at ubi procul ab hominum frequentia & domibus sunt progressi, tum ostendunt eis robur ac vires suas, éósque hoc modo comprehendunt. Et hoc est quod subjungitur. *Et cadet in vires ejus turba pauperum.* Vox enim חלכאים, *hhelcaim*, scribitur ut dictio unica, sed ut duæ dictiones debet legi hoc modo, חל כאים *chel caim*, ac significat turbam attriorum hominum & infirmorum. Dictio autem עצומיו *aatsoumau*, est nomen adjectivum quod refertur ad membra ejus fortia seu robusta, scilicat ad manus & ad pedes. Has porro technas omnes improbi recensuit, ut ostenderet impium sibi tantum cavere ab hominibus, non vero à Deo, quem nullo modo se revereri demonstat, quoniam apud se cogitat, Deum non videre aut cognoscere ea quæ hic geruntur, ut ex illius verbis sequentibus apparet.

V. 11. *Dixit in corde suo, oblivіscitur* Deus. Siquidem aliquando noverit, at modo obliviscitur; vel sensus est, non novit omnino; instar hominis qui rem aliquam ita oblitus est, ut eam amplius nec memoria nec notitia complectatur; vel denique sicut homo qui rem aliquam novit quidem, sed conspectum suum ab ea avertit, nec eam ultra vult intueri; & ea de causa subjungit,

V. 12. *Exurge* Domine] Quandoquidem improbus dicit te nihil videre, exurge & eleva manum tuam adversus eum, & ne obliviscaris pauperum sicut malus dicere solet. *Oblivіscitur*

Deu s

מראים להם כחם ועוצמם ותוקפם
אותם י וזהו ונפל בעצומיו חלכאים · והוא
כתיב מלה אחת וקרי שתי מלות חל כאים ·
ופירושו עדת הנכאים והחלושים · ועצומיו
הוא תואר לאבריו העצומים ידיו ורגליו
וכל אלה הדרכים שספר בענין הרשע
לראות כי בכל אלה הדרכים ישמר מבני
אדם ולא ישמר מהאל . ומראה עצמו כי
איננו ירא מהאל כי אמר בלבו איננו רואה
ואיננו יודע כמו שאמר אמר בלבו שכח אל : אם
ידע שכח · או פירוש כי איננו יודע כלל
במי האדם ששכח הדבר ואיננו יודעו · או
באדם שיודע הדבר ומסתיר פניו ואיננו
רוצה לראותו לעולם · לפיכך אמר :
קומה ה' · לפי שהרשע אומר שאינך רואה
קומה אתה ונשא ידך עליו : ואל
תשכח עניים · כמו שהרשע אמר שכח אל
עניים · כתיב וקרי ענוים : על מה
נאץ רשע · כי על מה הוא מנאץ אותך
אלא לפי שאמר בלבו כי לא תדרוש ולא
תשגיח מה שהוא אומר ועושה : ראיתה
כי אתה עמל · ראיתה חסר היוד שהיא
במקום למ"ד הפועל מהמכתב · הרשע אומר
שאין

Deus eorum. Et ſcribitur עניים *aaniim* miſerorum, & legi debet, ענוים *aanavim* humilium.

V. 13. *Propter quid irritat improbus Deum?* Quare enim improbus te irritat, niſi quia cogitat & dicit apud ſe, te non inquiſiturum aut curaturum ea quæ dixerit aut fecerit?

V. 14. *Vides, quippe tu laborem, &c.* In dictione ראתה *raita*, deeſt litera י *jod* quæ adeſſe deberet adſcripta loco tertiæ radicalis; ſenſusque eſt: dicit impius te nihil videre rerum humanarum, cùm tamen omnia intuearis; verè etenim vides moleſtiam & injuriam quibus improbi miſeros afficiunt, videbis, inquam, tunc, *Ut tradas in manus tuas.* Cùm voles vindicare pauperes de improbis. *Tibi enim derelinquit miſer*; hoc eſt, afflictus, cauſam ſuam, quoniam advertit quamſæpiſſimè te auxilio fuiſſe pupillo, & ei cui non erat potentia: quapropter ipſe te defenſorem ſuum expectat, tibique ſuum judicium & cauſam relinquit: litera ה *he* vocis חלכה *hhelca*, eſt adventitia, ut jam ſupra explicuimus.

V. 15. *Contere brachium improbi.* Infringe brachium ejus & robur ejus. *Inquire peccatum ejus*, qui dicit te illud non inquiſiturum, ut ſupra dictum eſt, oſtende igitur illi quòd tu peccata inquiras: quòd ſi ita feceris, non invenies improbos in terra. Si enim iſtius improbi robur attriveris, alii qui ſupererunt, hoc reſcient & timebunt, porro voces רשע *raſchaa* & רע *raa*, idem prorſus valent.

V. 16. *Dominus Rex in æternum erit.* Poſtquam judicium exercueris in improbos, qui affligunt Iſraëlitas in exilio, tunc eris Rex in ſæculum & in perpetuum in oculis omnium, nec ullus erit deinceps qui tuo imperio audeat rebellare, juxta illud: *Et erit Dominus Rex ſuper univerſam*

שאין אתה רואה אבל אתה ראית הכל כי אתה בודאי העמל והכעס שעושה הרשע לעניים תביטהו עתה : לתת בידך כאשר תרבה לקחת משפט העניים מהרשע : כי עליך יעזוב החלך · והוא העני · דינו כי פעמים רבות ראה שהיית עוזר יתום ומי שאין לו כח · לפיכך הוא מיחל לך ועוזב דינו עליך · והלכה הה"א נוספת כמו ספירהכו : שבור זרוע · שבור זרועו ותקפו : תדרוש רשעו · שהוא אומר כי לא תדרוש · כמו שאמר למעלה · הראה לו כי אתה דורש · ואם אתה עושה כן · לא תמצא רשע בארץ · כי אם תשבור זרועו הנשארים ישמעו וייראו · ורשע ורע הוא בכל דבר : יהוה מלך עולם ועד · כשתעשה משפט ברשעים העושקים ישראל בגלות אז תהיה מלך עולם ועד לעיני כל ואין מורה את פיך · כמו שאמר והיה ה' למלך על כל הארץ · ואז אבדו גוים מארצו ותשוב המלוכה לישראל : תאות ענוים שמעת · שאעת כמו תשמע · ופירוש שמעת תפילתם כתאותם · או פירוש שמעת תאותם קודם שיוציאוה בפיהם · כמו שאמר והיה טרם יקראו ואני אענה וגו' : תכין לבם · תסיר מלבם טרדת העולם כי לבם טרוד בענייהם ומרודיהם · ואתה תעורר להכין לבם אליך בכונה · ואז תקשיב אזנך לתפילתם · ופירוש תקשיב אזניך תהיה ותהיינה אזניך קשובות : לשפוט יתום ודך · ומה היה תפלתם לשפוט יתום ודך

זכריה יד

ישעיה סה

Zach. 14. *universam terram:* tunc etiam: *Peribunt Gentes de terra illius:* & redibit regnum ad Israëlitas.

V. 17. *Desiderium humilium exaudis Domine.* Præteritum pro futuro aut præsenti, exaudies, sensusque est, audies preces eorum secundùm vota eorum: vel sensus esse potest; audisti desiderium ipsorum antequam illud voce sua proferant: Juxta illud, *Et erit antequam invocent, ego exaudiam.* (Esai. 65. 24.) *Præparas cor eorum, audit auris tua.* Auffers à corde ipsorum sollicitudinem hujus sæculi: cor enim illorum sollicitum est propter ipsorum pauperiem & ærumnas; tu verò adjuvabis eos ut cor suum ad te recta intentione dirigant, tum denique attentas adhibes aures tuas illorum orationibus: duæ enim illæ voces תקשיב אזניך *taschiu osnecha* significant, appones aures tuas, & erunt aures tuæ attentæ.

V. 18. *Ut judices pupillo & attrito.* Et quidnam expetit oratio illorum, nempe ut judices pupillum & attenuatum; hoc est, ut vindices eos de manu eorum à quibus opprimuntur. *Ut non addat ultra grassari superbè homo de terra.* In eos sævire, eosque terrere, atque ut deinceps nullum quàm te solum timeant. Cæterùm לערוץ *laarots,* verbum est transitivum, quod etiam sic accipitur illo in loco: *Dum surgit ut exagitet terram.* (Esa. 2. 19.) Et: *An tu folium agitatum terrebis.* (Job, 13. 25.)

חדך׳ ופירוש לקחת משפטם מיד עושקיהם :
בל יוסיף עוד לערוץ ׳ אותם ולהפחידם
עוד ולא ייראו כי אם ממך : לערוץ ׳
פועל יוצא ׳ וכמוהו פעל יוצא בקומו (ישעיה ב)
לערוץ הארץ ׳ העלה נדף תערוץ : (איוב יג)

FINIS.

L. S.

L. S.

Ne paginae quaedam hic vacuae superſint, placuit ſubjungere Epiſtolam CL. *Viri* SIXTINI AMAMAE *ad* CL. COCCEJUM, *cum Diſſertatione de ſenſu verborum R. Kimchii, quae leguntur in Commentariis ejus ad Pſalmum primum, & in his Analectis, pag.* 21. *Commentariorum Kimchii invenies.*

Pio, & πολυΐστορι Juveni-Viro,

D. JOHANNI COCCEJO,

meo in Thalmudicis ſtudiis conſecraneo, S.P.

SIXTINUS AMAMA.



Non ignoras, eruditiſſime Cocceje, aliquando anxie inter nos quæſitum fuiſſe de germano ſenſu verborum Kimchii, quæ ad verſ. 5. primi Pſalmi commentatus eſt. Occœcaverat nos tot doctorum præjudicium, qui Kimchii verba in eam ſententiam citare conſueverunt, tanquam ſi διαμονὴν impiarum animarum, poſtquam ex corporibus ſuis exivere, negaſſet. Videbamus periodum unam atque alteram huc aurigari. At cum univerſum locum expenderemus, multas difficultates receptæ ſententiæ intercedere cognovimus. Quæ ſuper ea re nuper in chartam conjeci, ad te affero, qui ex divite tuo penu nonnulla quoque huc contuliſti, & ſpuſpenſo gradu ambulan-

bulantem firmasti tuo judicio, cui quantum deferam, supra testatum feci. Vale doctissime Cocceje & diurna bono Ecclesiæ & Reip. literariæ, quæ in te magnum & incomparabile columen aliquando habitura est.

Promisimus nos ostensuros, Kimchium vocem יקומו quæ vers. 5. Psal. 1. occurrit, accepisse in significatione *subsistendi*, prout in foro opponitur τῷ *cudere*. Commentatio illa Kimchiana ita vulgo intellecta fuit, ac si impiorum animas post hanc vitam superesse negitaret. Et nos isti sententiæ hæsisse non infitemur. Nunc cur aliter sentiamus, facile ostendemus, ubi ipsa Kimchii verba præmiserimus. Sic ergo inquit, על כן הרשעים הולכים בדרך רע בעולם הזה לא יקומו במשפט רוצה לומר ביום הדין והוא יום המיתה לא תהיה להם תקומה *2 וחטאים גם כן* והוא הדין וללצים · לא תהיה להם בעדת צדיקים כי הצדיקים במותם תהיה להם תקומה *3 (אבל הרשעים לא תהיה להם תקומה אלא תאבד נפשם עם גופם ביום המיתה) 4 ואמר בעדת צדיקים כי כשימות הצדיק נפשו עם נפשות הצדיקים מתעננגת עם כבוד אל בעולם העליון Verba illa, quæ uncinulis istis inclusa vides, exhibendæ sententiæ Kimchianæ vulgo citari solent, quæ certe seorsim accepta eò tendere videntur. Ita enim Latine reddunt, *sed improbos quod attinet, illis non erit resurrectio: sed peribit anima ipsorum cum corpore ipsorum in die mortis.* At si locum integrum, quem nos exhibuimus, expendas, videbis per תקומה neutiquam intelligi posse *resurrectionem*. Quod ut appareat, vertam totum Latine, voces illas יקומו & תקומה integras relicturus. *Ideo impr bi, qui ambulant in via mala in hoc mundo, non* יקומו *in judicio, vult dicere, in die judicii, hoc est, in die mortis* [Nota, an in die mortis locum habet resurrectio? Vides ergo illud יקומו non posse exponi *resurget.*] *non erit ipsis* תקומה [nec hoc potest reddi *resurrectio.*] 2. *Et peccatores similiter. Et idem judicium erit irrisorum. Non erit ipsis* תקומה *in cœtu*

cœtu justorum, nam justis, cum moriuntur, erit תקומה/
3. *Sed improbos quod attinet, illis non erit* תקומה/ *sed peribit anima ipsorum cum corpore ipsorum in die mortis.*
4. *Et dicit, in cœtu justorum. Quando enim moritur justus, anima ejus cum justorum animis deliciatur cum divina gloria in superiori mundo.* Ex his evidenter apparet, תקומה non usurpatum fuisse Kimchio, pro resurrectione, quam תחיה vocare solent. Ideo opinabamur תקומה Kimchio idem esse quod השארות הנפש/ seu διαμονὴ τῆς ψυχῆς, ut hoc dicat §. 1. *non superstites erunt in die judicii, hoc vult dicere, in die judicii, hoc est in die mortis non erit ipsis* διαμονὴ *sed annihilabuntur eorum animæ.* Firmabat nos in hac sententia locus Amos. 7. 2. *Quis* יקום *stabit Jacobo*? i. superstitabit, superstes manebit, & Jos. 2: 10. *& non* קמה *stetit amplius spiritus in viro.* Chal. אשתארת *permansit.* Accedebat & authoritas Corn. Bertrami, quem in additionibus ad thesaurum Pagnini, th. קום videbamus hoc eodem modo Kimchium interpretatum fuisse. Pagninus n. locum illum non intellexit. Movebat nos denique locus ad Psal. CIV. 30. ואם תהיה תחיית המתים לכל אדם זה מחלקת בין חכמינו/ ורוב סוגיות התלמוד היא כי תחיית המתים לצדיקים ולא לרשעים *id est, an omnium mortuorum futura sit resurrectio, controvertitur inter sapientes nostros. At stylus seu cursus Thalmudicus huc ferè inclinat, quod resurrectio tantum futura sit justorum; non vero improborum.* Sed ipse Kimchi aliis in locis ita se explicat, ut dubitare nemo possit, quin animarum impiarum post hanc vitam διαμονὴν agnoverit. Ecce n. comm. in hunc ipsum Psalmum ad vers. ultimum, *Deus novit viam istorum*, sic inquit, *dicit, quod Dominus exaltandus congreget animas justorum ad se & novit eas & curam earum gerit, ut benefaciat illis & ut satiet illos bonis suis & scientia sua & providentia sua, quod est magnum bonum & magna retri-*

 butio,

butio ficuti dictum eſt 1 *Sam.* 25. Eritque anima domini mei ligata in faſciculo viventium cum Domino Deo tuo. *Et via improborum peribit. Quia cum moriuntur, non erit ipſis* תקומה *ficuti dicit*, לא יקומו, & *peribunt animæ ipſorum*, וילכו לאברון & *ibunt in locum perditionis.* Videamus & commentarium ejus ad 1 Sam. 25: 29. *Eritque anima Domini mei in faſciculo viventium, cum Domino Deo tuo, & animam hoſtium tuorum ejaculabitur è medio cavo fundæ.* Ad hæc verba ita commentatur, שלא יוכלו להמיתך מי שרורפין אותך ותהיה בחיים את השם כלומר שתלך בדרכיו כל ימיך וכן ורעה לא תמצא בך כל ימיך וימית האל יתעלה ויתברך הרודפים אותך *ne poſſint te occidere quicunque perſequuntur te*, & *ut ſis in vita cum Domino, q. d. ut ambules in viis ejus omnibus diebus tuis*, & *ſic*, *Et malum non invenietur in omnibus diebus tuis* (infra verſ. 28.) & *interficiet Deus exaltandus & benedictus eos qui perſequuntur te.* ויפריח נפשם כמו אבן הקלע וכף הקלע פיר׳ מושב אבן הקלע שהוא עשוי כמו כף׃ * ולדעת יונתן פירו׳ נפש אדני צרורה בצרור החיים לעולם הבא שתרגם רפסוק כן ותהא נפשא דרבוני גניזה בגנז חיי עלמא קדם יי ואלהך וית נפש בעלי דבבך יפרחינה כמה דמפרחין אבנא בקלעא & *projiciet animam eorum, ſicut lapidem fundæ : per* כף דקלע *intelligitur ſedes lapidis fundæ, quæ facta eſt inſtar volæ. Et juxta ſententiam Jonathanis hæc eſt loci interpretatio, anima domini mei ligata erit in faſciculo viventium in futuro ſeculo, nam in huc modum vertit locum : Eritque anima domini mei repoſita in theſauro ſeu repoſitorio vitæ æternæ coram Domino Deo tuo, & animam adverſariorum tuorum projiciet, quemadmodum lapidem profundæ projiciunt.* וכן ובדברי רז״ל ר׳ אליעזר אומר נשמתן של צדיקין גנוזות תחת כסא הכבור שנאמר בצרור החוים וגו׳ ונשמתן של רשעים מטרפות ומשוטטות מסוף העולם ועד כופו ואין להם מנוחה שנאמר יקלענה וג׳ *Et ſic in ſententiis doctorum noſtrorum p. m. R. Eliezer*

di-

dixisse legitur, animas justorum repositas esse sub throno gloriæ, sicuti scriptum est בצרור | *&c. & animæ improborum abripiuntur & discurrunt ab una mundi extremitate ad alteram usque, neque ulla ipsis quies est, sicuti scriptum est,* יקלענה | &c. Hanc sententiam dum non improbat Kimchius, probasse existimo. Sed clarius loquitur ad Psal. 22. circa finem, *Atqui sunt ex gentibus, quos non suscipiet etiamsi incurvaverint se illi,* אותם שהרגו ישראל שהם יורדי עפר כלומר שיהיו בגיהנם ולא יחיה האל נפש אחד מהם *illi qui interfecerunt Israel, qui sunt descendentes in pulverem, q. d. quod futuri sint in Gehenna, & quod non vivificaturus sit ullam animam ex illis.* Ubi manifeste apparet, eum per *vivificare* intelligere, ad vitam æternam traducere, quemadmodum *vivere* est beate vivere, & תחיה est ἀναβίωσις. i. non resuscitatio simpliciter, sed resuscitatio ad vitam æternam, prout morti æternæ opponitur. Atque hinc lux accedit ad illud πολυθρύλλητον Thalmudicorum, *non esse* תחיית המתים *i. resurrectionem mortuorum nisi justorum duntaxat.* An ergo animæ improborum annihilantur? Neutiquam. Etiamsi enim negarent improborum resurrectionem, non tamen inde colligi posset, ipsos τῆς ψυχῆς διαμονὴν negare. An ergo non resurgent improbi ex Thalmudicorum istorum, qui sic loquuntur, sententia? Neque illud sequitur. Cum enim sic loquuntur, resurrectionem ad vitam æternam intelligunt. Si cui duriusculus iste tropus forte videatur, is adeat Luc. xx. 36. ubi eodem modo vox Græca ἀνάστασις usurpatur. Adscribam locum, *Filii hujus ævi ducunt uxores, &c. Qui vero digni habiti fuerint, qui ævum illud consequantur, & resurrectionem ex mortuis,* (*nota,* Nam resurrectionem, prout late accipitur, omnes consequentur, Actor. 24. 15.) *neque ducunt uxores, neque nuptum dantur. Nec enim mori possunt amplius, pares enim sunt Angelis, & filii sunt Dei,*

quum

quum sint υἱοὶ ἀναστάσεως *.i. filii reſurrectionis.* Ubi obiter obſervo purum putum Thalmudiſmum in iſtis verbis, *qui vero digni habiti fuerint qui ſeculum illud conſequantur.* Maimon. Halacha de Pœnit. cap. 8. הטובה הצפונה לצדיקים חיי העולם הבא והיא החיים שאין מות עמהם והטובה שאין עמה רעה הוא שכתוב בתורה למען ייטב לך והארכת ימים * מפי השמועה למדו למען ייטיב לך לעולם שכולו טוב והארכת לעולם שכולו ארוך וזה הוא העולם הבא : שכר הצדיקים הוא שיזכו לנועם זה ויהיו בטובה זו ופירעון הרשעים הוא שלא יזכו לחיים אלו אלא יכרתו וימותו וכל מי שאינו זוכה לחיים אלו הוא המת וגומר *Bonum quod repoſitum eſt juſtis, eſt vita futuri ſeculi, vita ſine morte, bonum ſine ulla mixtura mali, S. S. E. in lege, ut bene tibi ſit & prolonges dies. Didicerunt ex traditione,* ut benè ſit tibi, *intelligendum de ſæculo, quod totum bonum eſt,* & ut prolonges dies, *capiendum de ſeculo quod totum longum eſt, atque hoc eſt ſeculum venturum. Merces juſtorum iſta eſt, quod digni habebuntur hac amœnitate & in hoc bono victuri ſint. Vindicta, contra, improborum hæc eſt, quod non habebuntur digni iſthac vita, ſed exſcindentur & morientur. Quiſquis non habebitur dignus hac vita, iſte mortuus eſt, &c.* Addo & locum Joh. v. 29. *Et prodibunt, qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ,* εἰς ἀνάστασιν ζωῆς, hoc eſt תחיה / *qui vero mala egerunt in reſurrectionem judicii.* Sola beata vita vere vita eſt. Contra in æternis ſuppliciis vivere, non vita ſed mors eſt, quam Thargum מותא תניינא / *mortem ſecundam* vocat. Jeſa. XXII: 14. *donec moriamini morte ſecunda.* Hinc in Apocalypſi ὁ θάνατος ὁ δεύτερος cap. 11. & XX. & XXI. Hanc Kimchi ad dictum locum Jeſaiæ vocat, *mortem animæ,* ל' מיתת הנפש בעולם הבא *vult dicere,* inquit *mortem animæ in futuro ſæculo.* / Huc pertinent πολυθρύλλητα illa, quæ in Ebræorum ſcriptis paſſim occurrunt: *juſti, etiam cum mortui ſunt, vivunt. Improbi,*

probi, etiam dum vivunt, mortui ſunt. Puto jam liquere, non alienas a ſtylo ſcripturæ novi Teſtam. iſtas phraſes eſſe, quibus animæ improborum perire, mori & non reſurrecturæ dicuntur. Item cum improbos in futuro ſeculo partem habituros negitant. Illos vid. nec διαμονὴν τῶν ψυχῶν, nec reſurrectionem corporum negare. Quid ergo fiet verbis Kimchii ad Pſ. primum? Dicam verbo, τὸ יקומו accepit in ſignificatione ſubſiſtendi prout opponitur τῷ cadere cauſa. Itidem תקומה accepit eo ſenſu, quo Levit. XXVI: 37. eandem vocem à Moſe uſurpatam eſſe pag. 699. *Antibarb.* oſtendimus. R. Salomo in comm. vocat הקמת רגל/ Atque hæc erat forenſis formula לא היתה לו הקמת רגל i. cecidit cauſa. Interpretare hoc modo voces יקומו & תקומה quas in teſtimonio Kimchii ſine interpretatione reliquimus, & nullæ erunt ſalebræ. Quod denique ad locum Kimchii attinet, quem ex comm. ejus ad Pſal. CIV. produximus, dices, in poſterioribus verbis quibus aſſeritur, reſurrectionem tantum fore piorum, eodem modo accipiendam vocem *reſurrectionis*, quo in prioribus, ubi dicit, controverti utrum omnes homines reſurrecturi ſint. Hinc n. colliges, aut nonnullos Thalmudicorum iſti hæſiſſe ſententiæ, omnes in univerſum homines ad vitam æternam reſurrecturos, aut hunc eſſe poſteriorum verborum ſenſum, improbos omnino non reſurrecturos. Reſp. Kimchium non decidere controverſiam, ſed tantùm oſtendere, quomodo Thalmudici Doctores de hac re vulgo loqui ſoleant. Illam autem formulam, qua vulgo uti ſolent, dubitationi iſti, utrum omnes homines, etiam improbi, reſurrecturi ſint, occaſionem præbuiſſe. Quid vero priſci illi Phariſæi, quid ipſe B. Paulus ſuper hoc articulo ſenſerit, ex aureo illo loco Actorum XXIV: 15. liquido apparet.

FINIS.

Digitized by Google